
VE
RI
TAS





ANALECTA

BOLLANDIANA

TOMUS XVII

EDIDERUNT

CAROLUS DE SMEDT, IOSEPHUS DE BACKER,
FRANCISCUS VAN ORTROY, IOSEPHUS VAN DEN GHEYN,
HIPPOLYTUS DELEHAYE ET ALBERTUS PONCELET

PRESBYTERI SOCIETATIS IESU

BRUXELLES

BUREAUX DE LA REVUE :
Société des Bollandistes
14, rue des Ursulines

Société Belge de Librairie
Directeur : OSCAR SCHEPENS
16, rue Treurenberg

1898

ANALECTA

BOLLANDIANA

ANALECTA
BOLLANDIANA

TOMUS XVII

EDIDERUNT

CAROLUS DE SMEDT, IOSEPHUS DE BACKER,
FRANCISCUS VAN ORTROY, IOSEPHUS VAN DEN GHEYN,
HIPPOLYTUS DELEHAYE ET ALBERTUS PONCELET


PRESBYTERI SOCIETATIS IESU

BRUXELLES

BUREAUX DE LA REVUE :
Société des Bollandistes
14, rue des Ursulines

Société Belge de Librairie
Directeur : OSCAR SCHEPENS
16, rue Treurenberg

1898


UN.V
LIB

DE MARTYROLOGIO
WOLFHARDI HASERENSIS

Wolfhardus presbyter et monachus Haserensis, qui anno 895 vel paulo postea, iubente Erchanboldo Eichstetensi episcopo, libellos quattuor de Miraculis S. Waldburgis edidit, legendarium etiam aliquod seu passionale magnum collegisse vulgo traditur (1). *Haec utique de Wolfhardo refert anonymus Haserensis in libello de episcopis Eichstetensibus, cap. 10 :* Huius episcopi (*Erchanboldi*) tempore et iussione Wolfhardus presbyter, Haserensium monachorum unus, passionalem librum revera utilem, utpote singulorum in anno dierum festa pleniter continentem, edidit; sed et vitam sanctae Walpurgae, eodem episcopo praecipiente, quattuor libris explicuit (2).

Verum cum non Acta seu Vitas Sanctorum, sed eorum festa in libro illo contenta esse doceat anonymus, rectius utique locutus esset, si illum non passionalem librum, sed martyrologium dixisset. Et reapse a Wolfhardo martyrologium solummodo compositum est; cuius apographum superest, codex nempe olim Tegernseensis X. 51. 2°, iam Monacensis lat. 18100 (3); *quamvis enim in isto ne semel quidem nomi-*

(1) Pez, *Thes. aneed.*, t. VI, praef. p. viii : " Wolfhardus, cuius praefationes in „ plura volumina Vitarum Sanctorum, in diversis Germaniae bibliothecis exstantia, „ exhibeo „ ; Fabricius, *Bibl. lat.*, ed. Mansi, t. VI, p. 327 : " Scripsit quoque Vitas „ Sanctorum, quorum plura volumina in diversis Germaniae bibliothecis exstant „ ; Pitra, *Étude sur les Bollandistes* (1850), p. lxxxv : " La première année chrétienne „ connue, présentant une série continue de Légendes pour tous les jours de „ l'année. „ Cf. etiam W. Wattenbach, in *Archivo* Pertzii, t. X, p. 645 et *Deutschlands Geschichtsquellen*, t. I[6], p. 61 ; E. Dümmler, in *Neues Archiv*, t. IV, p. 549. — (2) *MG.*, Scr. t. VII, p. 256. — (3) In codice Monacensi lat. 18948, olim Tegernseensi X, 51, 5°, qui ex plurimis libellis diversis manibus saec. XII et XV exaratis compactus est, legitur fol. 1 manu saec. XII descriptus *Prologus Wolfhardi super martyrologium* ; qui incipit : *Necessarium nobis et cunctis est sanctorum celebrare tropheum, quia perpetua est et plena felicitas...*, totus autem consistit in piis quibusdam prolixisque commentationibus, quae nihil habent notatu dignum. In fine quidem occurrunt duae sententiae, quae etiam in prologo Wolfhardi ad mensem aprilem leguntur *(Ideoque lectorem cernui imploramus...)* ; cetera in prologis Wolfhardianis, quae quidem aliunde noverimus, non comparent. Ceteroqui non negaverim a Wolfhardo et istum prologum conscriptum esse, praesertim cum ab ipsius solita garrulitate minime abhorreat. In eodem codice, f. 5-28, descriptum

netur Wolfhardus, ipsius tamen hoc opus esse olim iam perspexit Pezius, cui moderni consenserunt omnes (1). *Quae nempe de Wolfhardiano libro tradidit anonymus Haserensis, ea omnino in istum quadrant. Martyrologium enim est, in duodecim libros seu menses divisum, in quo, ut factum est in martyrologiis, quae historica dici solent, non nuda sanctorum nomina recensentur, sed saepe ipsorum historia modo paucis, modo pluribus enarratur; — nullum autem inter sanctos illos reperire est, qui aetate Wolfhardi non sit longe antiquior; — demum, id quod caput est, ex praefatione ad librum primum* (2) *comperimus opus illud iussu Erchanboldi episcopi conscriptum esse.* Domino adiuvante, *ait auctor,* vestrisque, pater Erchanpolde, orationibus fultus, iniunctum opus aggredior; *in praefatione autem ad librum tertium quisnam fuerit ille Erchanboldus, iam distinctius edicitur :* Hactenus, pater egregie et pontifex summe (3).

Quod Wolfhardi martyrologium cum in manibus ei esset, qui magnum Legendarium Austriacum, de quo mox plura, primus collegit(4), *is ex Wolfhardo tum alia, tum praefationes in singulos libros seu menses fere ad verbum exscripsit* (5), *et ita quidem ut saltem in*

est saec. etiam XII breve martyrologium, quod a Wolfhardiano prorsus diversum est. Constat solis sanctorum nominibus, nullo adiecto locorum nomine. Exempli gratia primam diem hic transcribo. KAL. IAN. *Circumcisio Domini. Almachii m. Concordii m. Basilii e. Fulgentii e. Eugendi a. Martine v. Eufrosinae v. Oudilonis a. Agrippini. Eufrosini e. Theognite v. Severi c. Primiani c. Hermetis c. Gaii c. Victoris c. Anastasii c. Lisbii m. Ierothei a.* Ut vero hoc loco Odilonem martyrologio suo inscripsit auctor, ita in reliquo libello multo plures sanctos recentioris aetatis, germanicos praesertim, recensuit, quam fecit Wolfhardus. — (1) DOCEN in *Archivo* Pertzii, t. V, p. 565; *Catal. cod. lat. bibl. reg. Monac.*, t. III, parte III (1878), p. 132; O. HOLDER-EGGER in *MG.*, Scr. t. XV, p. 536. — (2) Praefationes istas edidit PEZ, *Thes. anecd.*, t. VI, col. 90-92 (= MIGNE, *P. L.*, t. CXXIX, col. 893-98), praefationem quidem in ianuarium ex laudato codice Tegernseensi, iam Monacensi, reliquas ex codicibus Mellicensibus Legendarii Austriaci, de quibus infra; praefationem tamen in mensem februarium omisit, cum hic mensis in codicibus Mellicensibus non reperiretur; huius praefationis initium ex codice Tegernseensi postea supplevit Docen in *Archivo* Pertzii, t. V, p. 565; reliquam partem eiusdem hic edere supervacuum duco, cum tota paraenetica sit neque quicquam habeat notatu dignum. Praefationem in librum quartum ex codice Zwettlensi 24 iterum edidit A. Muchar in *Archivo* Pertzii, t. VI, p. 168-69, utpote qui illam a scriba codicis istius confectam esse putabat, neque animadverterat a Pezio iam editam esse. — (3) Cf. praef. ad librum VII : *antistitum gemma ;* ad librum X : *pontifex vere beate et in saecula memorande.* — (4) Collatis codicibus, comperimus non Tegernseensem codicem Wolfhardianum, sed alium quendam penes Legendarii collectorem fuisse; aliquando enim rectam lectionem in Legendario reperire est, dum ibidem codex Tegernseensis mendis manifestis est inquinatus. — (5) Collatis cum Wolfhardo (= W) exemplaribus Legendarii austriaci (= λ) paucas repperi in praefationibus lectiones variantes; ex quibus eas dumtaxat hic subicio quae alicuius momenti esse videntur. In praefatione ad ianuarium om. λ haec verba : *vestrisque, pater Erchanpolde, orationibus fultus.* — In praefatione ad

mensibus februario, martio, iunio et decembri auctoris nomen addiderit : Prefatio Wolfhardi in......... mensem. *Quod sane non parum ad hoc contulit, ut crederetur Wolfhardus Legendarium quoddam composuisse, quod Legendarii Austriaci veluti fons seu fundamentum exstitisset.*

Quoniam tamen, ut diximus, utrique operi quaedam sunt partes communes atque quadantenus a martyrologio ortum duxit illud Legendarium, ideo postquam codices magni Legendarii evolvere atque diligenter describere coeperamus, necesse fuit ut in Martyrologium quoque inquireremus, illudque singulis locis cum Legendario accurate conferremus. Cum igitur egregia illa et notissima liberalitate v. cl. Georgii de Laubmann, bibliothecae regiae Monacensi praefecti, factum esset, ut Wolfhardiano codice Bruxellas misso commode uti liceret, opportuna haec occasio visa est totum illud opus penitus inspiciendi et quicquid in eo ad rem historicam seu hagiographicam pertineret, cum viris doctis communicandi.

Codex Monacensis lat. 18100 constat foliis 129, ex quibus 125 priora ($0^m,34 \times 0,25$) *una manu, paginis bipartitis* (1) *saec. XI et quidem anno circiter 1009 exarata sunt* (2), *reliqua vero quattuor* ($0^m,32 \times 0,24$) *saec. XIV. Prima folia 27 aliquantum in parte superiore umore corrupta sunt.*

In illo codice continentur :

Fol 1^v-2, versus de mensibus, diebus, horis, initio et fine manci.

Fol. 2^v-8, kalendarium monasterii Tegernseensis (3).

Fol. 8^v-9^v, cyclus paschalis aliique commentarii chronographici.

Fol. 10-125^v, Martyrologium Wolfhardi. Excisum est iam pridem folium unum inter fol. 75 et 76; unde deest pars martyrologii quae complectitur dies iulii 28 (partim), 29 et 30 (partim). Deficit etiam folium in fine martyrologii, seu post fol. 125, ut integra non supersit

aprilem ita W in medio: *vestrisque viam prebentibus meritis;* ultima verba autem in W sic : *dilanians nostra iram* (add. al. man. sup. lin.) *incurrat.* — In praefatione ad maium sub init. W : *qui et levamen sancto...* — In praefatione ad iulium : *licet inviti* W ; *licet inutiliter* λ ; ... *ignicomo* W, *ignicoma* λ ; ... *leonino* W, *leonina* λ ; ... *perlambit* W, *prelambit* λ ; ... *nihil liquoris invenit* W, *nihil invenit* λ. — In praefatione ad octobrem, *commentatione* W, *commendatione* codex Mellicensis ; ... *nidore* W, *nitore* cod. Mell. ; ... *Germanus pater noster* W, *Remigius p. n.* cod. Mell. — (1) Paginis tripartitis exarata sunt fol. 1^v et 2^r, lineis autem plenis fol. 2^v-9^v. — (2) Fol. nempe 8^v manu prima scripta est haec nota chronologica, cuius partem edidit Docen in *Archivo* Pertzii, t. V, p. 561 : *Anni ab initio mundi usque in adventum Domini secundum hebraicam veritatem sunt 3956, secundum vero LXX interpretes anni 5199. Colliguntur autem anni omnes a creatione mundi <et> primi hominis usque in VII annum Heinrici regis imper. secundum hebraicam veritatem 4965, secundum LXX interpretes 6208.* — (3) Cf. *Pastoral-Blatt des Bisthums Eichstätt,* XXIX Jahrg. (1882), p. 104.

dies 31 decembris. Insuper dimidia pars fol. 117 excisa est (1); *in cuius parte recta legitur integer locus ex Adone de S. Andrea* (*30 nov.*), *in versa vero narratio acephala desumpta ex Vita S. Nicolai, intermistis antiphonis, quae neumatibus notatae sunt. Desinit narratio fine mutila, atque folia duo vel tria, quae sequebantur, excisa esse inspicienti constat. Nihilominus in fol. 118v incipit a capite liber XII martyrologii.*

Fol. 126-29, Marsilii de Padua tractatus de translatione imperii ad Germanos.

Ablata sunt a codice fragmenta saec. XI de ecclesiasticis officiis, quae olim in tegumento erant (2).

Codex non solum aliquando monasterii Tegernseensis fuit, sed etiam in illius gratiam exaratus est. Quamvis enim ad d. 25 martii S. Quirinus, monasterii patronus, tertio tantum loco in martyrologio nominetur et in kalendario ad d. 20 octobris Dedicatio eclesie S. Quirini m. *alia manu post primam libri scriptionem addita sit, attamen in eodem kalendario ad d. 25 martii* Passio S. Cyrini m. *maioribus litteris, et quidem statim post " Adnuntiationem S. Mariae ", honoratiore scilicet loco, manu prima inscripta est.*

Kalendarium ad normam martyrologii Wolfhardiani compositum est. Sancti nempe, de quibus in martyrologio fit mentio, non omnes utique, — quod facile intellegitur, — sed multi tamen inscripti sunt iidem in kalendario, et quidem fere iisdem diebus; notandum autem est ex sanctis illis nonnullos in aliis antiquis martyrologiis, quae quidem edita sunt, vel nullo modo, — v.g. Epiphanius Ticinensis ad d. 22 ian., — vel saltem alia die, — ut Frontonius ad d. 24 apr., Eustachius ad d. 20 sept., Sollemnis Carnotensis ad d. 24 nov., — adnotatos esse.

Oscitanter autem aliquando legit kalendarii auctor ea, quae in martyrologio scripta erant, ut nonnumquam absona quaedam ipse insereret. Ita ad d. 17 febr. recenset memoriam S. Thesiphontis ep. *et* S. Polochronii ep., *dum rectius Wolfhardus:* Beate memorie Polochronii, Babiloniae et Hesifontis episcopi, natalis... agitur. *Item ad d. 8 martii inscripta sunt in kalendario nomina* S. Pontiani mart. *et* Cypriani ep., *Wolfhardus autem:* beati Pontiani Cartaginensis, disciputi egregii martyris.... Cypriani episcopi. *Simili plane modo ad d. 20 mart. ita kalendarium:* Pauli Archippi; *at Wolfhardus:* beati commilitonis Pauli Archippi memoria recensetur. *Quae omnia haud obscure ostendunt quisnam fuerit kalendarii Tegernseensis fons praecipuus.*

(1) Folium 108 iam ab initio dimidia parte minus fuit ceteris. — (2) Cf. *Catal. cod. lat. bibl. reg. Monac.*, t. II, III, p. 132.

Nihilominus non pauci etiam in kalendario inscripti sunt sancti, quos ne solo quidem nomine recensuerat Wolfhardus, quamvis plerique (1) *multo ante ipsum tempore obiissent. Ut autem facile intellegitur kalendarii scriptorem, utpote plus centum annis Wolfhardo recentiorem, multis nominibus fastos suos auxisse, ita non possumus quin aliquantum miremur tot Germaniae viros sanctos a monacho Haserensi silentio praetermissos. Nomina sanctorum, quae in solo kalendario leguntur, hic subicimus* (2); *ex quorum serie illud etiam elucebit, diligentes fuisse Tegernseenses in recipiendis in kalendarium novis sanctis, cum in codice isto, qui anno 1009 vel paulo post conscriptus est, manu alia, non multo tamen recentiore, addita sint nomina Colomanni* (*† 1012*) *et Heimeradi* (*† 1019*).

1 ian.	Octava Domini.
5 ian.	Symeonis prophetae. Severini conf.
7 ian.	Valentini episc. et conf. Herhardi episc. et conf.
11 ian.	Gregorii.
15 ian.	Mauri mon.
17 ian.	Gamulperti conf.
26 ian.	Mari episc. Treverorum.
31 ian.	Constantii m.
2 febr.	Ypapanti Domini.
10 febr.	Scolastice v.
25 febr.	Waltpurge v. (*add. al. man. s. XI.*)
17 mart.	Pimenii presb.
26 mart.	Luitkeri episc. et conf.
27 mart.	**Resurrectio Domini.** Ruotperti episc. et conf.
8 apr.	Mariae virg. (*add. s. XI.*)
12 apr.	**Diluvium factum est.**
28 apr.	**Egressio Noe de arca.**
2 mai	**Initium predicationis Domini Iesu Christi.**
5 mai	**Ascensio Domini ad caelos.**
13 mai	Gengolfi ducis.
1 iun.	In Treveris S. Symeonis.
9 iun.	Procori diaconi et mart.
10 iun.	Bardonis archiep. et conf. (*add. al. man. s. XI.*)
28 iun.	Heimradis presb. et conf. (*add. al. man. s. XI.*)
4 iul.	Oudalrici episc. et conf.
6 iul.	Octava apostolorum.
15 iul.	**Divisio XII apostolorum ad predicandum.**
23 iul.	Liborii episc. et conf.
6 aug.	**Transfiguratio Domini in monte.**
11 aug.	Susannae virg.
13 aug.	Wigberti conf. Radegunde regine.
19 aug.	Seboldi episc. et conf. (*add. al. man. s. XI.*)

(1) Wolfhardi aetate posteriores sunt solummodo Wenceslaus et Udalricus, ut omittam eos qui manu recentiore additi sunt. — (2) Typis crassioribus expressimus ea, quae in kalendario litteris rubris exarata sunt.

1 sept.	Verene virg. (*add. s. XI.*) (1).
6 sept.	Magni conf.
7 sept.	Regine virg.
8 sept.	Corbiniani conf.
14 sept.	Materni episc.
22 sept.	Emmerammi mart. Liutdrudae.
26 sept.	Eusebii episc.
29 sept.	Wenzezlai mart.
1 oct.	Vedasti.
10 oct.	Burgardi episc.
11 oct.	Iusti et Arthemii et Honeste virg.
13 oct.	**Cholomanni mart.** (*add. al. man. s. XI.*) (2).
15 oct.	Speciose virg.
16 oct.	Lulli archiepisc. (*add. al. man. s. XI.*)
20 oct.	**Dedicatio ecclesie S. Quirini mart.** (*add. al. man. s. XI.*)
21 oct.	XI milium virginum.
23 oct.	Severini episc.
7 nov.	Willibrordi episc.
8 nov.	Willebadi (*sic*) episc.
12 nov.	Arsatii conf.
16 nov.	Othmari abbatis.
17 nov.	Florini conf.
22 nov.	Longini mart.
7 dec.	Savini episc.
8 dec.	Zenonis episc. et mart. Eucharii archiep. Trev.
13 dec.	Ottiliae virg.
18 dec.	Wnnebaldi conf.
23 dec.	Fabiani episc.
29 dec.	Obitus David regis.
30 dec.	Theogenis mart.

Nunc ad ipsum martyrologium veniamus. Quod quo tempore conscriptum sit, generatim docet anonymus Haserensis, cum tradit Wolfhardum iubente Erchanboldo episcopo (882-912) illud composuisse. Sed et addere possumus probabiliter ante annum 895 opus esse perfectum. Etenim de Walburga virgine ne verbo quidem meminit Wolfhardus; aegre autem mihi persuaserim eum, qui anno circiter 895 quattuor libris miracula illius virginis enarraverat, altum de ea silentium in martyrologio, si illud postea compositum esset, fuisse servaturum? Non diffiteor equidem, quominus haec prorsus affirmemus, obstare id quod postea ostensuri sumus, nempe inter fontes Wolfhardi recensendum esse Notkeri martyrologium. Iamvero ante annum 895 Notkeri martyrologio uti non poterat Wolfhardus, cum illud anno 896 sit conscriptum. In eo nempe a. d. VII kal. mai locus quidam legitur, in quo de rebus anno 896 gestis ita scribit Notkerus : patriarcha noster Hatho Magontiacensis episcopus, qui hoc anno ... caput eius (*S. Georgii*) ... asportavit (3). *Ergone dicendus est Wolfhardus, nedum ante an. 895, immo*

(1) In martyrologio etiam ad eandem diem addita est postea memoria S. Verenae. — (2) Eadem manu, qua nomen illud in kalendario scriptum est, additum est etiam rubris litteris in ipso martyrologio ad h. d. — (3) Cf. E. Dümmler, *Das Martyrologium Notkers und seine Verwandten*, in Forschungen zur deutschen Geschichte, t. XXV, p. 202.

aliquandiu post an. 896 scripsisse? Esto, quantumvis mira res sit. Verum aliter etiam omnia explicari posse crediderim, scilicet locum mox citatum, in quo annus 896 nominatur, non in prima martyrologii scriptione, sed postea martyrologio iam aliquot ante annos edito additum a Notkero esse.

Totum Wolfhardi opus ex libris haustum est, neque quicquam ipse addidit, quod propria experientia vel populari fama comperisset. Ut autem natura ipsius rei fert, duo librorum genera adiit, legendaria nempe et martyrologia. Quod ipse testatur in praefatione libri II: Cum per singulos kalendarum dies sanctorum natalitia sollicita curiositate perquirimus, et martyrologii paginas haut absque labore nimio peragramus, necnon etiam passionalium actusque eorundem (1) campos percurrimus, quo (2) aliquos diversorum graminum flosculos in pratis uberrimis legere valeamus... *Cum quo loco conferendum est id quod luculentius etiam scribit auctor, fol. 68, ad d. 4 iul., ubi de martyribus Lugdunensibus:* Quorum nomina, quia superius recitavimus, ratum pretermittenda hic duximus, ideoque eorum passionem hic iterum scripsimus, quia quod in martyrologiis quibusdam kalendis iunii scribitur, id [est *add. cod.*] IIII nonas iulii invenitur in passionalibus (3).

Porro de hisce Wolfhardiani libelli fontibus, quae assequi potuimus, singillatim iam proponemus.

I. SCRIPTURAM SACRAM *in horum fontium censum venire, vix necesse est ut moneamus. Ex ea nempe, ubi sancti viri et feminae Veteris et Novi Testamenti commemorandi erant, vel locos quosdam exscripsit Wolfhardus, vel saltem materiam accepit ut res ab hisce gestas enarraret.*

II. VITAS SANCTORUM, *quas vel in legendariis seu passionalibus quibusdam collectas, vel in minoribus codicibus separatim exaratas invenerat, non paucas habuit atque adhibuit noster. Ex quibus nullas quidem integras admisit, sed vel eas in epitomen coegit, vel si, quod multo rarius accidit, de verbo ad verbum eas exscripsit, tunc partem tantum ipsarum vel etiam fragmenta quaedam excerpere satis habuit.*

(1) *Actus eorumque* codices Legendarii, forsan melius. — (2) Ita codices Legendarii; *quos* codex Monacensis. — (3) Cf. etiam ad d. 21 febr.: *qui, ut in martyrologiis invenimus;* ad d. 23 febr.: *In Affrica Chrisconi... memorandus in martyrologiis transitus invenitur;* ad d. 21 apr.: *Apud Alexandriam inveniuntur in codicibus et aliorum ipso die festa sanctorum, scilicet...;* ad. d. 19 aug.: *Valentiniani denique, Leonti... in martyrologiis nomina recitantur;* ad d. 11 dec.: *Danihelis prophetae... sanctam dormitionem martyrologia pandunt.*

Elenchum harum Vitarum hic subicimus, ut sic saltem aliquo modo indoles et ambitus passionalis vel passionalium, quae penes Wolfhardum erant, cognoscamus.

1 ian., f. 10v-11, Basilius ep. Caesariensis. — *Brevissima epitome Vitae auctore Pseudo-Amphilochio.*

2 ian., f. 11, Macarius. — *Inc.* Reverentissimi itaque Macharii abbatis tria de pluribus tantum miracula inserenda putavimus. *Sequuntur ad verbum miracula quae legere est in libro III* de Vitis Patrum, *cap. 41 et 42* (Migne, P. L., *t. LXXIII, col. 764 et 765*), *et cap. 172, ut scriptum erat in ms. Aquicinctino* (*cf. ibid., col. 813, not. 20*).

3 ian., f. 11v, Genovefa. — *Post brevem annuntiationem desumptam ex Adonis martyrologio, sequitur hoc miraculum, quod in editis non repperi.*

Huius ergo ex miraculis pluribus edicere unum fas est. Quodam igitur tempore dum quidam male sanae mentis vir campanam ipsius aecclesiae ferream furatus fuisset, et in pago proximo, qui vocatur Balsa, distrahere cuperet, ita sonum pristinum perdidit, ut non plus tinnitus haberet, quam si duo invicem ligna comploderentur; sicque miser territus tandem plaustro impositam referre ad statum conatus est. Statimque ut fines beatae virginis tetigit, consuetae sonum melodiae recuperavit, et male furata ad propria est reportata.

6 ian., f. 12, Macra v. m. — *Narratio brevis, verbosa tamen, qua traduntur nonnulla ex his quae leguntur in Passione ed.* Act. SS., *Ian. t. I, p. 325-26.*

10 ian., f. 13-14, Paulus primus eremita. — *Epitome Vitae ed. ibid., p. 604-7.*

15 ian., f. 15-15v, Pontianus m. — *Epitome Passionis ed. ibid., p. 933-34.*

16 ian., f. 15v-16, et 29 ian., f. 21-21v (*ubi de Papia et Mauro*), Marcellus papa et soc. mm. — *Epitome Passionis ed. ibid., t. II, p. 5-9.*

17 ian., f. 16-16v, Antonius ab. — *Locus ex Martyrologio Adonis, intermistis quibusdam, quae narrantur in Vita adscripta Athanasio.*

20 ian., f. 17-17v, Sebastianus m. — *Epitome Passionis ed. ibid., p. 268-78.*

20 ian., f. 17v, Marius, Martha et soc. mm. — *Epitome Passionis ed. ibid., p. 216-19.*

21 ian., f. 17v-18, 23 ian., f. 19 (*ubi de Emerentiana*), *et 28 ian., f. 21* (*in " Octava S. Agnae "*), Agnes v. m. — *Epitome Passionis ed. ibid., p. 351-54.*

22 ian., f. 18v-19v, Epiphanius Ticinensis. — *Vid. appendicem I.*

3 febr., f. 22v-23, Blasius ep. Sebastenus. — *Epitome Passionis ed.* Act. SS., *Febr. t. I, p. 339-44.*

5 febr., f. 23v-24, Agatha v. m. — *Epitome Passionis ed. ibid., p. 615-18.*

14 febr., f. 25v-26, Valentinus presb. m. — *Epitome Passionis ed. ibid., t. II, p. 753-54.*

16 febr., f. 26v-27, Iuliana v. m. — *Epitome Passionis ed. ibid., p. 873-77.*

18 febr., f. 27v, Symeon ep. Hierosol. — *Brevis laudatio a Wolfhardo confecta, quae nihil exhibet notatu dignum.*

25 febr., f. 29. Thecla v. m. — *Epitome Passionis editae tum alibi, tum apud* Mombritium, *t. II, fol. 309-12.*

12 mart., f. 31v-32v, Gregorius I papa. — *Epitome Vitae anonymae ed.* Act. SS., *Mart. t. II, p. 130-37.*

21 mart., f. 34-34v, Benedictus ab. — *Epitome Vitae ed. ibid., t. III, p. 277 sqq.*

27 mart., f. 35v, Iohannes eremita. — *Epitome narrationis Rufini,* Vit. Patr., *lib. II, c. 1.*

1 apr., f. 36, Walaricus. — *Alia recensio miraculi narrati* Act. SS., *Apr. t. I, p. 21, num. 18.*

2 apr., f. 36v-37, Theodosia v. m. — *Epitome Passionis ed. in nostro* Catal. Brux., *t. I, p. 164-78.*

3 apr., f. 37-38v, Ambrosius ep. Mediolanensis. — *Epitome Vitae a. Paulino.*

4 apr., f. 38v-39, Chionia, Irene et Agape. — *Epitome narrationis quae legitur in Actis S. Anastasiae* (Act. SS., *Apr. t. I, p. 248-50*).

5 apr., f. 39-39v, Probus, Tarachus et Andronicus. — *Epitome Passionis ed. ibid., Oct. t. V, p. 566 sqq.*

14 apr., f. 41, Tiburtius, Valerianus et Maximus. — *Epitome narrationis quae legitur in Actis S. Caeciliae.*

18 apr., f. 42-42v, Eleutherius ep. m. — *Epitome Passionis ed.* Act. SS., *Apr. t. II, p. 530-32.*

24 apr., f. 43v, Frontonius mon. — *Brevissima epitome Vitae ed. ibid., p. 201-3.*

25 apr., f. 43v-44, Marcus evang. — *Epitome narrationis ed. ibid., t. III, p. 347-49.*

25 apr., f. 44, Victor et Corona mm. — *Epitome alicuius Passionis simillimae ei quae edita est ibid., Mai t. II, p. 266-68.*

27 apr., f. 44v-46, et 9 oct., f. 103v-4, Richarius ab. Centulensis. — *Libellus, cuius initium descriptum est ibid., Apr., t. III, p. 441, num. 5. Inc.* Sollemnis haec est [sancta feria in qua sa]cerdos (1) nobilis

(1) Litterae, quas uncinis inclusimus, manu recenti in loco raso rescriptae sunt.

Richarius egregius conscendit celos arduos. Hic ergo beatissimus athleta Christi Pontivis ortus finibus... *Desinit autem prior pars libelli f. 45v in his verbis :* in loco ubi nunc requiescit cum Dei laudibus positus est.

Tum interposita est alia quaedam recensio narrationis trium miraculorum, quorum primum legitur in Vita Richarii auct. Alcuino (Act. SS., *t. c., p. 446, num. 15, inde ab* Quodam tempore vinculis...), *alterum in libro I Miraculorum (ibid., p. 452, num. 19), tertium videtur ineditum. Haec, quae edenda censuimus, videsis in appendice II.*

Fol. autem 103v, praemisso brevissimo Wolfhardi prologo : Beatissimi et in Galliis famosissimi confessoris Christi supra fecimus mentionem; nunc quoque, quia hodierna die etiam sollempnitas agitur eius, par est aliquid edicamus, *sequitur altera pars libelli, quae incipit :* Postquam igitur Deo militans... *et quae forsan continuo iungenda est priori parti, nimirum post verba* cum Dei laudibus positus est (*vide supra*). *Hanc partem, in qua Richarii translatio narrata est, videsis in appendice III.*

1 mai, f. 47, Iacobus apost. — *Epitome Passionis ed.* Act. SS., *Mai t. I, p. 11-12.*

1 mai, f. 47, Philippus apost. — *Epitome Passionis de qua in nostro* Catal. Brux., *t. I, p. 203, 4o.*

4 mai, f. 49, Quiriacus m. — *Epitome Passionis ed.* Act. SS., *Mai t. I, p. 449-50.*

6 mai, f. 49v, Matthaeus apost. — *Brevissima epitome Passionis auctore Ps.-Abdia.*

9 mai, f. 50v, Beatus Vindocinensis. — *Epitome Vitae ed.* Act. SS., *Mai t. II, p. 365-67.*

11 mai, f. 51-51v, Pinianus et Lucina. — *Epitome Passionis S. Antimi ed. ibid., p. 616 sq.*

21 mai, f. 53-53v, Valens ep. — *Vid. appendicem IV.*

28 mai, f. 54v-55, Germanus ep. Parisiensis. — *Vitae auctore Fortunato* (MG., *auct. ant. t. IV, 2, p. 11 sqq.) paragraphi 1-7, 13-15 (15 addita est alia manu in margine superiore), 116-119, 99-101, 201, et quidem fere ad verbum.*

2 iun., f. 55v-56, Marcellinus et Petrus mm. — *Praemissa narratione ex Martyrologio Adonis fere ad verbum exscripta, haec subiunxit Wolfhardus :* Deinde post multa temporum curricula sub Eginhardo abbate per officium cuiusdam clerici nomine Deusdona eorum sacri cineres Roma sublati ad locum, qui vocatur Salingenstat diudisce, latine " Felix locus ", cum magno sunt honore delati. Ubi et in itineris prolixitate quanta operatus sit per eos Christus miracula, quisquis

plenius indagare et scire desiderat, libellum luculento eulogio editum de sacris virtutibus eorum ab eodem Eginhardo percurrat, et inveniet quod quesierat.

5 iun., f. 58-58ᵛ, BONIFATIUS EP. MOGUNTINUS. — *Epitome Vitae auctore Willibaldo.*

8 iun., f. 58ᵛ-59, MEDARDUS EP. NOVIOMENSIS. — *Epitome Vitae ed.* Act. SS., *Iun. t. II, p. 79-81.*

1 iul., f. 65-65ᵛ, FIDES, SPES ET CARITAS. — *Epitome Passionis ed. in Legendae aureae editione Coloniensi anni 1483, fol. 443-44.*

1 iul., f. 65ᵛ-66, CARILEFUS AB. — *Epitome Vitae antiquissimae nuper ed. a v. cl.* BR. KRUSCH, MG., *Scr. rer. merov. t. III, p. 389-94.*

4 iul., f. 67-68, MARTYRES LUGDUNENSES. — *Epitome epistulae ecclesiae Lugdunensis* (*Eusebii-Rufini,* Hist. eccl., *lib. V, c. 1-3*).

6 iul., f. 69-69ᵛ, GOAR. — *Epitome Vitae ed.* Act. SS., *Iul. t. II, p. 333-37.*

7 iul., f. 69ᵛ, WILLIBALDUS EP. EICHSTETENSIS. — *Initium Vitae editae apud* CANISIUM, Thes. anecd., *ed.* BASNAGE, *t. III, 1, p. 16-19, nempe usque ad verba* tegerent gleba (*p. 16 med.*).

8 iul., f. 69ᵛ-70, CYRILLUS EP. M. — *Epitome Actorum ed.* Act. SS., *Iul. t. II, p. 687.*

9 iul., f. 70, PROCOPIUS M. — *Epitome Passionis ed. ibid., p. 556.*

18 iul., f. 72-72ᵛ, ARNULFUS EP. METTENSIS. — *Epitome Vitae ed. ibid., Iul. t. IV, p. 435-40.*

25 iul., f. 74ᵛ-75, CHRISTOPHORUS M. — *Epitome Passionis ed. ibid., Iul. t. VI, p. 146-49.*

28 iul., f. 75ᵛ, PANTALEON M. — *Epitome Passionis editae apud* MOMBRITIUM, *t. II, f. 191-94.*

31 iul., f. 76-76ᵛ, GERMANUS EP. AUTISIODORENSIS. — *Epitome Vitae ed.* Act. SS., *Iul. t. VII, p. 201 sqq.*

5 aug., f. 79, AFRA M. — *Epitome Passionis ed.* Act. SS., *Aug. t. II, p. 55-59, et* MG., *Scr. rer. merov. t. III, p. 55-64.*

5 aug., f. 79-79ᵛ, MEMMIUS EP. — *Epitome Passionis ed.* Act. SS., *t. c., p. 11-12.*

5 aug., f. 79ᵛ, CASSIANUS LUDIMAGISTER. — *Epitome Passionis editae apud* MOMBRITIUM, *t. I, f. 157ᵛ-58.*

11 aug., f. 83ᵛ, GAUGERICUS EP. — *Epitome Vitae ed.* Anal. Boll., *t. VII, p. 388 sqq., et* MG., *Scr. rer. merov. t. III, p. 652-58.*

23 aug., f. 86, CLAUDIUS, ASTERIUS, NEON ET SOC. — *Epitome Passionis ed.* Act. SS., *Aug. t. IV, p. 571-72.*

25 aug., f. 86ᵛ, IUSTUS ET PASTOR. — *Epitome Passionis ed. ibid., t. II, p. 154.*

11 sept., f. 93, Felix et Regula. — *Epitome Passionis ed. ibid., Sept. t. III, p. 772-73. Adnoto quasdam meliores lectiones : c. 1, ita cod.* Ad caput laci et fluvium Lindomati, qui iuxta castrum Turico est... ; *et c. 9 :* Est autem locus ille... a castro Turico dextras cc.

20 sept., f. 96-97, Eustachius et soc. — *Epitome Passionis ed. ibid., t. VI, p. 123-35.*

21 sept., f. 97-97v, Matthaeus apost. — *Alia epitome Passionis auct. Ps.-Abdia (vid. supra ad d. 6 mai). Praemissa sunt pauca quaedam ex narratione evangelica.*

2 oct., f. 102, Leodegarius ep. — *Epitome Vitae auct. Ursino. Ultima verba haec sunt :* Quanta per eum Dominus operatus est miracula qui scire desiderat, legat ortum, acta et passionem eius in unum congesta, et plenius inveniet. Eius namque corpus sacrum in diocesi Pictavorum translatum, in monasterio beati Maxentii honorifice est humatum.

28 oct., f. 106-7, Simon et Thaddaeus ap. — *Epitome Passionis ed. apud* Mombritium, *t. II, f. 294v-98.*

31 oct., f. 108-8v, Quintinus m. — *Epitome narrationis primae inventionis de qua cf.* Act. SS., *Oct. t. XIII, p. 785-86.*

11 nov., f. 110, Martinus ep. Turonensis. — *Prima capita Vitae auct. Sulpicio Severo, non paucis omissis.*

13 nov., f. 111, Brictius ep. Turonensis. — *Epitome cap. 1 libri II* Hist. Francorum *auct. Gregorio Turonensi.*

17 nov., f. 112v-15, Anianus ep. Aurelianensis. — *Brevis epitome Vitae ed.* MG., *Scr. rer. merov. t. III, p. 108 sqq.*

24 nov., f. 113-13v, Sollemnis ep. — *Epitome Vitae ed.* Act. SS., *Sept. t. VII, p. 68 sqq.*

24 nov., f. 113v, Marculus Donatista. — *Primum caput Passionis ed.* Migne, P. L., *t. VIII, col. 760 sqq.*

11 dec., f. 120-20v, Fuscianus et soc. — *Epitome narrationis de inventione sanctorum editae apud* Salmon (Ch.), Actes inédits des SS. Fuscien, Victoric et Gentien (*Amiens, 1861*), *p. 36-39.*

21 dec., f. 122, Thomas apost. — *Epitome Actorum ed. apud* Max Bonnet, Acta Thomae, *p. 133-60.*

26 dec., f. 123v-24, Stephanus protomartyr. — *Augustini* de Civitate Dei, *lib. XXII, c. 8, §§ 10-22, et duae primae sententiae c. 9.*

27 dec., f. 124-24v, Iohannes apost. — *Epitome Passionis ed. apud* Mombritium, *t. II, f. 29-32.*

31 dec., f. 125-25v, Silvester papa. — *Epitome Passionis ed. ibid., f. 279v-93v. Desinit epitome mutila, foliis iamdudum abreptis. Adnotavit enim in infimo f. 125v manus saec. XIII :* Haec Passio plenius et extensius habetur in magno passionali O. 3.

III. Librum pontificalem *a Wolfhardo lectum et exscriptum esse, nec negare neque affirmare audeo. Plerique enim loci, quos Wolfhardus cum illo libro communes habet, iidem in martyrologiis Adonis aut Notkeri, vel saltem in codicibus interpolatis Adonis, — in ea nempe, quae ab editore Adonis Rosweydo seorsim collecta est " appendice ",— totidem verbis leguntur. Ut porro et Adonem et Notkerum saepissime compilavit Wolfhardus, ita ab eis hos locos illum accepisse facile crediderim. Et est quidem ubi non ipsum textum* Libri pontificalis, *sed eam huius textus epitomen, quae in Adone et in Notkero legitur, Wolfhardus exscripserit, ut v. g. ad d. 28 iunii, ubi de S. Leone I papa.*

Alibi tamen, quamquam non ita saepe, nonnulla ex Libro pontificali *habet Wolfhardus, quae neque apud Adonem, neque apud Notkerum reperire est; cuiusmodi sunt quaedam ad d. 26 apr. de Marcellino papa, ad d. 3 iul. de Leone II papa. Verum notanda praesertim sunt quae f. 11-11v, ad d. 2 ian. leguntur. Ibi nempe, postquam ex Adone exscripsit Wolfhardus ea quae de Marcellino puero ille profert, continuo subiungit :* Hic namque gestis martyrum diligenter exquisivit a notariis et in ecclesia recondidit per quemdam Maximinum presbyterum, qui martyrio coronatus est. *Iam vero haec ad S. Anterum papam spectant, de quo tum apud Adonem et Notkerum, tum apud Wolfhardum, ad d. 3 ian. fit commemoratio. Sed in Notkero non omnia supra citata leguntur, sed haec tantummodo* : et martyrum gesta diligenter exquisivit; *apud Adonem vero :* Hic gesta martyrum a notariis diligenter exquisivit et in ecclesia recondidit. *In solo autem* Libro pontificali *legitur textus integer* : Hic gesta martyrum diligenter a notariis exquisivit et in ecclesia recondit propter quodam Maximino presbitero, qui martyrio coronatus est (1). *Ex quo liquet Wolfhardo praesto fuisse vel codicem* Libri pontificalis, *vel saltem Adonianum aut Notkerianum exemplar in quo plura excerpta ex eo Libro translata essent quam in exemplaribus quae ab editoribus adhuc sunt excussa.*

Quicquid est, ex his quae supra attulimus et aliis similibus locis id certo constat, Wolfhardum, postquam totum martyrologium suum exaraverat, tum demum codicem, ex quo haec excerpta descripsit, invenisse vel saltem consilium cepisse ut ea describeret. Descripsit autem ea in marginibus autographi sui. Unde factum est ut, cum postea ad exemplar illud autographum exararetur codex Tegernseensis — vel alius certe, si quis autographum inter et Tegernseensem medius intercesserit, — saepe loco non suo posita sint ab amanuensi ea quae in marginibus a Wolfhardo addita erant.

(1) Ed. Duchesne, t. I, p. 147.

Quod hac subiecta tabella monstrasse iuverit. Nempe,

IN CODICE NOSTRO, DIE	RELATA SUNT AD SANCTUM	EA QUAE IN *Libro pontificali* LEGUNTUR DE PAPA	CUIUS IN EODEM CODICE NOMEN INSCRIPTUM EST DIE
—	—	—	—
2 ian.	*Marcellinum puerum*	*Antero*	*3 ian.* (1)
15 ian.	*Sulpitium ep. Bitur.*	*Marcello*	*16 ian.*
26 apr.	*Marcellinum papam*	*Anastasio*	*27 apr.*
25 mai	*Dionysium ep. Mediol.*	*Urbano*	*25 mai*
28 iun.	*Irenaeum ep. Lugd.*	*Leone I*	*28 iun.* (2)
1 aug.	*Felicem m. Gerund.* (3)	*Stephano I*	*2 aug.*
6 oct.	*Sagarem ep. Laodic.*	*Marco*	*7 oct.* (4)
13 oct.	*Theophilum ep. Antioch.*	*Callisto*	*14 oct.*

Quin etiam ad d. 25 oct. post ea quae ex Adone exscripta sunt de militibus Romae via Salaria sepultis, additus est locus de Bonifatio papa vel ex Libro pontificali *exscriptus, vel desumptus ex codice interpolato Adonis ad d. 24, quamvis in codice nostro Bonifatii non solum laudatio, sed ne nomen quidem uspiam compareat* (5).

IV. Martyrologium Adonis *inter Wolfhardi fontes praecipuum locum obtinet. Librum enim illum, etsi satis prolixum, paene totum in suum opus transtulit noster. Sanctos siquidem, qui apud Adonem recensiti sunt, paucos tantum omisit Wolfhardus, scilicet Hermen (10 ian.), Honoratum (16 ian.), Sulpicium (17 ian.), Pancratium (3 apr.), Proculum, Domnam, Frontonem (14 apr.), Ursmarum (18 apr.), Crescentianum (31 mai), Sosipatrum (25 iun.), Septem Dormientes (27 iun.), Lucinam, Martialem (30 iun.), Naborem et Felicem (12 iul.), Susannam (15 iul.), Remaclum, Mansuetum (3 sept.), Alexandrum (21 sept.), Symeonem (8 oct.), Loth (10 oct.), Florentium (27 oct.), Hubertum (3 nov.), Mitrium (13 nov.), Flaviam Domitillam (23 nov.), Faustum (26 nov.), Troianum (30 nov.), Zosimum (26 dec.), Dionysium (27 dec.), David, Trophimum (29 dec.), Sabinum (30 dec.), et praeterea omnes episcopos Viennenses, quos multos commemoravit Ado, ex quibus Wolfhardus solum Nicetium (5 mai) retinuit.*

Textum Adonis etsi non ubique, saepe tamen atque etiam quando prolixus satis erat, integrum exscripsit noster; alibi illum in epitomen coegit, alibi verbis inutilibus, non vero rebus, auxit. Codice utebatur

(1) Vid. supra, p. 17. — (2) Vid. ibid. — (3) Locus ille ex *Libro pontificali* in codice Monacensi additus est in margine superiore fol. 77, sigla apposita, qua ad Felicem martyrem referretur. — (4) Ubi pro *Marco* scriptum est nomen *Maximi*. — (5) Nempe post ultima verba Adonis: *Scriptum in passione ss. mm. Sixti, Laurentii et Yppoliti*, continuo subiunxit amanuensis noster: *Hic constituit servum clericum non fieri nec obnoxium curiae vel cuiuslibet rei.* Et sic desinit.

interpolato; quod tum aliis locis, tum v. g. ex commemoratione S. Evaristi papae (27 oct.) intellegitur, cuius pars prior ex Adonis martyrologio, altera autem ad verbum ex Adonis, quam diximus, appendice desumpta est. Ceteroqui ad alios dies non omnia, quae appendix illa in editis complectitur, recepit Wolfhardus, sicut etiam Adonis Libellum de festivitatibus apostolorum, *qui martyrologio praefigi solet, partim quidem locis suis excerpsit, non tamen totum exhausit.*

Quamvis autem saepe cum solo Adone conveniat auctoris nostri textus, aliquando tamen est cur dubites utrum ex Adone an ex Notkero hoc illudve acceperit Wolfhardus, cum Notkerus Adonis opere usus sit et magnam illius partem ad verbum in suum martyrologium transtulerit.

V. Et certe Notkeri martyrologium *a Wolfhardo lectum est. Aliquibus enim in locis Wolfhardi textus ab Adone prorsus recedit et Notkerum ipsum paene ad verbum refert, ut ad d. 26 apr. in Anacleto papa, ad d. 28 mai in Iohanne papa, ad d. 30 mai in Felice papa. Haud abs re erit unum ex his locis integrum proponere. Ita nempe ad d. 26 apr.*

Ado

Romae natalis sancti Anacleti papae, qui secundus post beatum Petrum, cum rexisset ecclesiam annis duodecim, persecutione Domitiani martyrio coronatus est (2).

Wolfhardus

Successor beati apostoli secundus Petri, ut canonica refert historia, sanctus Anacletus fuit episcopus. Qui cum Romanam ecclesiam rexisset annos duodecim, persecutione Domitiani martyrio coronatus est (2). Hic memoriam beati Petri construxit, et composuit loca ubi episcopi reconderentur (3). Qui etiam a beato Petro est presbiter ordinatus. Hic ergo cum ad sacrificandum ductus esset, et sacrificasset, poenitentia ductus, resumens fidem catholicam, pro ipso capite plexus est (4).

Notkerus

Romae nativitas S. Anacleti, qui II (1) post B. Petrum cum ecclesiam rexisset annis duodecim, persecutione Domitiani martyrio coronatus est (2). Hic memoriam B. Petri construxit et composuit loca ubi episcopi reconderentur (3). Hic presbyter a B. Petro est ordinatus. Hic ad sacrificandum idolis ductus, sacrificavit; deinde paenitentia ductus, pro confessione verae fidei capite truncatus est (4).

(1) Ita scripsi. Edit. *duobus*. — (2) Haec in *Libro pontificali* non de Anacleto, sed de Cleto dicta sunt; cf. ed. Duchesne, t. I, pp. 122 et 125. — (3) Haec in eodem *Libro* de Anacleto utique dicta sunt; cf. ibid., p. 125. — (4) Haec in eodem de Marcellino papa tradita sunt; cf. ibid., p. 162.

VI. Martyrologium Bedae *Wolfhardus ipse semel nominatim profert, kal. iun. :* Et ut martyrologium Bedae et Hieronimi pandunt, sancti Nicomedis dedicatio invenitur. *An et quantum alibi Bedae martyrologio usus sit, nullo verbo prodit noster, neque, illo tacente, certis indiciis discernere possumus. Bedani enim martyrologii textus authenticus nondum repertus vel saltem editus est.*

Ex codice tamen Bedano derivasse videtur quod legitur die 30 dec.: In cimiterio Iordanorum via Salaria sanctarum Paulinae, Donatae, Rusticianae, Nominande, Sefotinae, Saturninae et Hilarinae transitus cum vita beata narratur in plebe et sancta dignum est ut agatur veneratione (1).

Forsan etiam ex codice Bedano desumptus est tum die 2 martii nomen Cedde episcopi, *quod quidem in martyrologio edito non comparet, ab Henschenio tamen in antiquo exemplari, cui Bedae nomen praefixum erat, repertum est* (2), *tum die 1 apr. locus de SS. Agape et Chionia; ibi certe ad verbum cum Bedano textu convenit Wolfhardus; verum ideo dubia res manet, quod Bedam ad verbum etiam exscripsit Hrabanus, quo Wolfhardus uti potuit.*

An vero reapse Hrabano usus sit, an et quae alia martyrologia vel kalendaria adierit, non est definire (3). *Unum tamen praeter iam laudata certe adhibuit, scilicet*

VII. Martyrologium Hieronymianum, *quod a Wolfhardo citatum esse supra iam vidimus* (4). *De eodem etiam meminit die 25 martii:* Ipso die, sicut sancta annuntiatio, ita gloriosa Domini passio Hierosolimis in martyrologio Hieronimi invenitur; *sed et saepissime alibi eodem usus est. Quamvis enim addubitare licet utrum quaedam nomina proxime ex hieronymianis codicibus desumpserit noster, an potius ex martyrologiis recentioribus, Bedae nempe, Hrabani, Notkeri, qui et ipsi ex hieronymianis nonnihil hauserunt, tamen plurima sunt sanctorum nomina, quae Wolfhardus solus cum hieronymianis habet communia; unde certo certius est ipsi prae manibus fuisse exemplar aliquod martyrologii hieronymiani. Quod autem et quale fuerit, ignoramus. Non integrum enim illud in librum suum recepit Wolfhardus, sed ad singulos dies ex ipso modo nullum nomen, modo duo vel tria, alibi decem vel viginti, subinde etiam plus quadraginta, — et quidem in toto ianuario vix unum, in decembri etiam*

(1) Cf. *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [3], ad d. 31 dec. — (2) *Act. SS.*, Mart. t. I, p. 144, num. 5. — (3) Ita v. g., cum die 9 sept. martyrologio suo inscribit nomen *Audomari episcopi et confessoris*, minime liquet utrum illud ex kalendario quodam, puta ex Corbeiensi, an ex exemplari aliquo martyrologii, quod Bedae-Flori dicitur, an ex Usuardo illud acceperit (cf. *Act. SS.*, Sept. t. III, p. 391 sq.). — (4) Supra, vi.

pauca, in reliquis mensibus multo plura, — prout libebat, exscripsit. In quibus excerptis est ubi cum Bernensi codice (1), *est ubi cum Wissemburgensi* (2), *est et ubi cum aliquo martyrologii breviario, v. g. cum Richenoviensi* (3) *aut cum Fuldensi* (4) *conveniat Wolfhardi textus, ut reapse definire non valeamus utrum unum an plura exemplaria, sed et quale exemplar nactus sit monachus Haserensis.*

Qualiter autem hisce suis fontibus, quae supra recensuimus, usus ille sit, iam dicendum. Quae undequaque, ut vidimus, compilavit, ea hoc generatim ordine disposuit Wolfhardus (5), *ut ad singulos dies primo loco venirent narrationes ex Scriptura vel ex Vitis Sanctorum in epitomen coactae, tum quicquid ex Adone* (*vel Notkero*) *desumptum est, demum nomina ex codicibus hieronymianis excerpta.*

Ea vero satis incuriose, prout sibi ad manus erant, congessit, ut postquam aliqua die memoriam cuiusdam sancti ex uno fonte acceptam scriptis mandasset, non raro altera die eundem sanctum ex alio fonte rursus in martyrologium suum reciperet. Exemplo sint Pontianus mart., ad d. 15 mart. (*epitome Passionis*) *et 19 ian.* (*ex Adone*), — *Chionia, Irene et Agape, 1 apr. et 4 apr.,* — *martyres Lugdunenses, 2 iun.* (*ex Adone*) *et 4 iul.* (*ex Rufino*), — *Monegundis, 1 et 2 iul.,* — *Germanus Autisiodorensis, 31 iul.* (*epitome Vitae*) *et 1 oct.* (*ex Adone*), — *et praesertim Probus, Tarachus et Andronicus, qui ter comparent : 5 apr.* (*epitome Passionis*), *13 mai* (*ex martyrologio hieronymiano*) *et 11 oct.* (*ex Adone*).

Subinde etiam factum est ut diversis diebus non solum idem sanctus inscriberetur, sed et eiusdem Legendae duae diversae epitomae a Wolfhardo componerentur, ut accidit in Matthaeo apostolo (*6 mai et 21 sept.*), *et in Daniele propheta* (*21 iul. et 11 dec.*).

Quin etiam non raro eo neglegentiae vel, si quis mavult, nimiae diligentiae devenit noster, ut una eademque die bis eundem sanctum nominaret. Sic ad d. 22 martii primo loco exscriptus est textus Adonis de Paulo Narbonensi, tum continuo, secundo nempe loco, addita est commemoratio eiusdem Pauli ex hieronymianis; — item ad d. 16 apr. secundo

(1) Ita v. g. Wolfhardus ad. d. 25 mart. : *Iuvini insuper Burgundionis et Tegle martyris. Immolatio quoque Isaac filii Abraham piis lectionibus annotantur;* quae conferas velim cum *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [36]. — (2) Ita ad d. 20 dec. : *Iulius scilicet in Tracia, Zeferinus Roma, in Oriente Liberatus et Tecla, Anastasius episcopus.* Cf. *Act. SS*, t. c., p. [155]; vid. etiam *Anal. Boll.*, t. II, p. 33. — (3) Ita ad d. 1 iun. : *Ut martyrologium Bedae et Hieronymi pandunt, S. Nicomedis dedicatio invenitur.* Cf. *Act. SS.*, t. c., p. [70]. — (4) Ita ad d. 4 nov. : *Pirminius vero Gamundis monasterio dignitate tractatur eximia.* Cf. *Anal. Boll.*, t. I, p. 44. — (5) Quae singulis diebus collegit, ea, sive multa sunt et duo integra folia implent, sive paucissima et vix decem lineis constant, vix non semper in tres lectiones divisit Wolfhardus.

loco venit textus Adonis de Caristo, Calisto, etc., et tertio loco commemoratio eorundem ex hieronymianis; — item ad d. 1 mai secundo et tertio loco epitome Passionis Philippi et Iacobi, tum sexto loco textus Adonis de iisdem; — item ad d. 6 mai quarto loco quae de Evodio habet Ado in martyrologio, nono autem loco quae idem Ado de eodem in Libello de festivitatibus apostolorum. *Et haec quidem satis sunto.*

Stilo usus est Wolfhardus simpliciore, quam in narrandis miraculis S. Waldburgis fecit. Cum nempe, ut libri natura postulabat, tota eius opera in hoc posita esset, ut fontes suos exscriberet vel paucioribus verbis contraheret, vix fieri poterat ut martyrologium sermone illo turgido, tumido ac contorto et inani verborum strepitu deformaret, quae merito in Miraculis Waldburgis reprehendit v. cl. O. Holder-Egger (1). *Wolfhardum tamen ipsum agnosces tum in praefationibus, quae singulis martyrologii libris seu mensibus praefixae sunt, tum saepe in iis piis sententiis, quas narrationibus ex Adone desumptis praemittere solitus est, vel — ubi sola nomina proferre habebat, — in verborum ambitu, quo nomina ea involvit, considerate utique cavens " ne quid simplex simplicibus verbis exponeret "* (2).

Exempli gratia unum integrum diem ex martyrologio exscripsi; quem hic, indicatis e regione Wolfhardi fontibus, subicio; ex quo intellegi poterit quomodo tum verba inutilia coacervet, tum sua neglegentia nomina interdum maxime necessaria omittat, sed et non raro omnia permisceat vir bonus.

WOLFHARDUS, VI idus martii

[I.] Venerandi Alexandri et Gaii atque Diumeniae (3) in passione conflictus mentibus fidelium est vita et pastus. Quorum imitatione anima nutritur et corpus. Dum enim audiunt eos cesos, afflictos per tormenta et mortuos, actus suos corrigunt, ut mereantur eosdem habere propitios. II. Hi ergo apud Apamiam persecutione Antonini Veri martyrio coronati premium acceperunt pro pretio sanguinis sui. Scribit Apollinaris Hieropolitanus episcopus in libro adversum Catafragas.

Quo etiam die sanctorum XL duorum martyrum celebritas agitur et veneratio ipsis debita et nobis necessaria exhibetur, ut et

FONTES.

Natalis sanctorum martyrum Alexandri et Caii de Eumenia, qui apud Apamiam persecutione Antonii Veri martyrio coronati sunt. Scribit Appollinaris Hieropolitanus episcopus in libro adversus Cataphrygas. (*Ado et Notkerus ad h. d.*)

In Perside natalis sanctorum martyrum

(1) *MG.*, Scr. t. XV, p. 535. — (2) Holder-Egger, ibid. — (3) Eodem errore inquinatum est martyrologium breve Fuldense : *Alexandri et Gagii atque Deumeniae.* Cf. *Anal. Boll.*, t. I, p. 18.

ipsi gaudeant de nostrae servitutis cordiflua famulatione et nos sublevemur eorum continua oratione.

[III.] His praeterea in Nicea sancti Gorgonius, Palatinus et Firmus, et in Antiochia Agapa virgo et Pion, in Persida quoque Palatinus, Firmianus et Eraclus sociantur in meritis et nectuntur in premiis sempiternis. Sicut enim virtutes ab invicem separari nequeunt, ita sancti a se spiritaliter semoveri non possunt. Sunt namque cum ipso, qui postulans Patrem ait : „ Volo, pater, ut ubi „ ego sum, illic sit et minister meus „.

numero XLII (*iidem ibid.*).

In Nicea Gorgoni, Palatini Firmi. In Antiochia Agape virginis et Marianae. Smirnae Phionis. In Persida martyrum XLII. Nicomedia Palatini Firmiani et Rustici. Alexandria Eracli, Zosimi (*hieronymiani*).

Neque minus mira sunt quae tum alibi, tum kalendis aprilis scripsit noster. Postquam nempe Theodoram (cf. Adonem et Notkerum ad h. d.), Venantium (ibid.), Walaricum (cf. supra, p. 13), Agapem et Chioniam (cf. Hrabanum et Bedam vulgatum ad h. d., Adonem et Notkerum ad d. 3 apr.) commemoravit, ita desinit Wolfhardus :

In Armenia quoque sanctorum ipso die aliorum celebres inveniuntur depositiones *, Partini scilicet, Quintiani, Victoris, Secundi, necnon et Herenei, Ingenuae, Stephani et Victoris.

* *cod.* dispositiones.

Ubi autem omnes illos Armenos reppererit, subiecto martyrologii hieronymiani textu manifestum fiet (1) :

In Arminia natalis sanctorum Partini, Quintiani, Victoris, Secundi.

In Heraclea civitate. Item Victoris, Chioniae, Agape et Herenei.

In Thessalonica natalis sanctorum Ingenianae, Saturnini, Parteni, Dionisi, Panteri, Alexandri.

In Egypto passio sanctorum Victoris et Stephani.

Quae qui attente inter se contulerit, certior utique fiet parum subsidii ex Wolfhardi martyrologio hagiographicis studiis proventurum esse, cum illud tandem, — si paucos omnino textus demas, quos in appendice dabimus, — nihil aliud sit quam farrago quaedam, in qua, multis contractis, resectis, mutatis, depravatis, congesta sunt fragmenta ex documentis quae alibi melius, plenius et fidelius nobis sunt servata.

(1) Cf. *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [38]. Exscripsi textum codicis Wissemburgensis.

DE

MAGNO LEGENDARIO AUSTRIACO

Wolfhardi martyrologium inter et Magnum illud, quod dicitur, Legendarium Austriacum aliquam exstare cognationem et iam monuimus, et prorsus manifestum est. Verum cum nondum in martyrologium istud penitus inquisitum esset, multo maior existimata est haec cognatio, quam reapse est; ex Wolfhardo scilicet in Legendarium transisse asserebant, tum multas narrationes quas Legendarium habet ex Gregorii Turonensis operibus desumptas, tum generatim Passiones martyrum qui primis aevi christiani saeculis mortem oppetiere (1).

Omnibus autem sedulo excussis, haec solummodo repperimus quae Legendarii collector ex Wolfhardo compilaverit :

1° Praefationes in singulos menses et in Vitam S. Iohannis Chrysostomi (27 ian.).

2° Narrationes quasdam, nempe de Cathedra Petri (18 ian.), de Symeone Hierosolymitano (18 febr.), de Richario Centulensi (27 apr.), de Valente episcopo et martyre (21 mai), de Carilefo (1 iul.), de Stephano protomartyre (3 aug.), de Claudio, Asterio et Neone (23 aug.), de Iusto et Pastore (27 aug.), de Taracho, Probo et Andronico (11 oct.), de Quintino (31 oct.).

3° Quicquid ex martyrologio Adonis vel Notkeri in Legendario invenitur.

4° Item quicquid habet idem ex martyrologio hieronymiano desumptum. Factum est nempe nonnumquam ut, postquam prolixam quandam Vitam vel Passionem aliunde exscripsisset Legendarii collector, in fine subiceret paucos eos martyrologii hieronymiani locos, quos ad eandem diem Wolfhardus excerpserat. Sed et ad quasdam dies, v. gr. 23 febr., nihil omnino in Legendario invenire est praeter ea ipsa quae in martyrologio scripta sunt.

Quod autem cuipiam in mentem venire potest, nempe inter Wolfhardi martyrologium et Legendarium Austriacum quasi medium intercessisse Legendarium aliquod aliud ab ipso Wolfhardo confectum, id et nulla ratione probatur aut etiam innuitur, et his, quae de austriacis codicibus iam dicturi sumus, confutatum iri credimus.

(1) Cf. Wattenbach in *Archivo* Pertzii, t. X, p. 645.

Est nempe haec ingens quaedam collectio legendarum hagiographicarum, cuius cum exempla omnia hactenus nota (1) *in austriacis bibliothecis reperta sint, nomen ei dare soliti sunt Magnum Legendarium Austriacum. Exemplaria illa, quae infra uberius describemus, alia in monasteriis benedictinis, Mellicensi nempe et Admuntensi, alia in cisterciensibus, Sanctae Crucis, Campililiensi et Zwettlensi, et exarata sunt et adhuc servantur; unum in palatinam bibliothecam Vindobonensem nescio unde devenit. Antiquissimum omnium est exemplar Sancrucense, saec. XII scriptum. Collatis tamen multis passim locis, certo nobis constitit, quod alii iam perspexerant, nequaquam hoc esse exemplar archetypum, ex quo cetera descripta sint, verum ab exemplari alio paulo antiquiore, quod iam periit, omnia quae supersunt originem duxisse. Paulo, inquam antiquiore; siquidem Legendarii collector post annum demum 1181 operi suo ultimam manum apposuit. Cum enim Miracula Virgilii episcopi Iuvavensis, quae non ante hunc annum conscripta sunt* (2), *in exemplaribus tum cisterciensibus, tum benedictino uno — alterius volumen hoc loco periit — ad d. 27 novembris reperiantur, vix dubitare licet quominus eadem in archetypo exstiterint. Sed quoniam ante finem saec. XII ex archetypo illo deperdito iam descripta sint quattuor ampla exemplaris Sancrucensis volumina* (3), *certe non multo post annum 1181 prima collectio perfecta est.*

Quisnam autem fuerit ille collector, ubinamve vixerit, non est definire. Austriam utique inferiorem tamquam Legendarii nostri patriam innuunt exemplaria servata, quae tantum non omnia in eadem conscripta sunt. Videtur insuper collector in monasterio degisse, quod incolebant etiam monachi nonnulli hiberni sive scoti, in quorum nempe gratiam insertae sunt in Legendario Vitae non paucae sanctorum hibernorum, neque solum patronorum Hiberniae magis celebratorum, sed ignobiliorum quorundam, ut Mochullei, Ronani, Coengeni, Senani, Flannani. Sed cum obscura valde sit monasteriorum Scotorum, quae multa tunc temporis per Austriam et Bavariam exstiterant, historia (4), *ideo in quonam conscriptum sit archetypum, non solum definire, sed ne conicere quidem possumus. Certe in codicibus Sancrucensibus, quod iam notavit Wattenbach* (5), *sedulo lectas esse ab incolis monasterii legendas praesertim hibernicas, vel notae, quae in marginibus adscriptae sunt, satis testantur; neque tamen crediderim in monasteris Sanctae Crucis con-*

(1) Quamvis, ut monebimus, nullum ex his exemplaribus integrum sit, nullum etiam quod non interpolationes aliquas sit passus, ita tamen in rerum summa inter se conveniunt, ut dubitari non possit hanc esse collectionem quandam singularem et omnino definitam. — (2) Vide *MG.*, Scr. t. XI, p. 88, lin. 19. — (3) Unus etiam ex Zwettlensibus codicibus saec. XII exaratus dicitur. — (4) Cf. WATTENBACH, *Deutschlands Geschichtsquellen*, t. II[6], p. 382. — (5) In *Archivo* Pertzii, t. X, p. 646.

scriptum esse exemplar archetypum. Cum enim certum sit non ab hodiernis Sancrucensibus codicibus neque proxime neque remote profluxisse quaedam Legendarii exemplaria — Admuntense scilicet et Mellicense — sequeretur in uno eodemque Sanctae Crucis coenobio duo integra totius Legendarii exemplaria — archetypum nempe deperditum et praeterea illud quod nobis servatum est — inter annum 1181 et finem saec. XII esse exarata. Quod vix mihi persuadere possum.

Neque multo certius definire valemus ex quibusnam libris collectionem suam compilaverit monachus anonymus. Habuit quidem prae manibus et passim exscripsit

1) *Wolfhardi martyrologium,*

2) *Gregorii Turonensis opera,*

3) *Bedae Historiam ecclesiasticam gentis Anglorum,*

4) *Quae sic dicitur " Datiana historia ecclesiae Mediolanensis ", cuius partes variis locis ita exscripsit, ut tandem paene tota Legendario insereretur.*

Sed praeterea, et quidem praesertim 5) *Passionale quoddam praesto habuit, ex quo magna certe pars collectionis hausta est. Quod collata alia simili collectione comperimus, magno nempe Legendario Windbergensi, cuius volumina sex saec. XII exarata in bibliotheca regia Monacensi servantur* (1). *Huic nimirum non pauca sunt cum Legendario austriaco communia; sed et multa in austriaco leguntur quae in Windbergensi desunt, pauca quaedam in Windbergensi quae desunt in austriaco; ut manifestum sit a communi fonte partem quidem utriusque collectionis, non vero integras collectiones manasse. Ex his vero quae mox in excutiendo Windbergensi Legendario animadvertemus, certiores fiemus exemplar illud archetypum, ex quo partes quaedam utriusque Legendarii originem duxerunt, non deperditum quoddam Wolfhardi Legendarium esse, sed passionale seu legendarium aliud quodlibet, quod certius designare non possumus.*

Unde praeter passionale illud 6) *alios etiam libros, in quibus Vitae sanctorum vel singulae, vel plures continebantur, adhibuit collector noster et expilavit. Quorum librorum pars aliqua certe penitus interiit, cum non paucae ex Vitis Passionibusque, quae in Legendario austriaco nobis servatae sunt, in nullo alio codice iam reperiantur.*

Quoniam vero est haec unica documentorum minime spernendorum fodina, dolendum utique quod legendarii collector, id quod iam monuit v. cl. O. Holder-Egger (2), *complures Vitas sanctorum, qui singulis locis colebantur vel minoris auctoritatis apud eum fuerunt, breviatas*

(1) Clm. 22240-45. Cf. *Neues Archiv*, t. IX, p. 640-43. — (2) *MG.*, Scr. t. XV, p. 1185.

tantum aut decurtatas excepit; sic neque Vitam Bardonis maiorem, neque Vitam Gregorii Porcetensis priorem integras descripsit, quarum tamen totum textum habere nobis sane in votis erat.

Codices Legendarii superstites iam distinctius recensituri, gratias ex animo referamus oportet viris egregiis, humanissimis, quorum liberalitate factum est ut pretiosa volumina Bruxellas missa domi commode evolvere, attentius examinare et inter se conferre possemus. Nisi enim insigni illa benevolentia id adiutorii accepisssemus, ut vix non omnia simul exemplaria ingentis Legendarii in bibliotheca nostra quasi sub uno conspectu haberemus, quae de his codicibus cum lectoribus nostris communicanda non exiguo utique labore paravimus, ea multo maiore opera vix ac ne vix quidem valuissemus perficere.

Supersunt porro codices omnino viginti et unus; pertinent autem hi ad exemplaria Legendarii diversa sex, ex quibus nullum servatum est integrum.

I. Exemplar Sancrucense.

Servatur in abbatia Sanctae Crucis Ord. Cist. (Heiligenkreuz, *prope Baden in inferiore Austria*), *constatque voluminibus quattuor formae magnae, quae una manu, paginis bipartitis, belle exarata sunt extremo saeculo XII* (1). *Deest volumen unum, in quo continebantur Vitae sanctorum a die 1 octobris ad d. 21 novembris. Superstites* (2) *ut nobis commodarentur, benigne concedente perillustri Domno Abbate Sanctae Crucis, curavit vir reverendus et humanissimus Dr. Gregorius Pöck, abbatiae bibliothecarius.*

H[11] = *codex signatus 11, olim vero* VII. A. 2. 1., *continet menses ianuarium, februarium, martium. Constat foliis 273* (*0*^{m}*,445* × *0,310*). *Praeterea duo in initio exstant nullo numero notata, in quibus descriptum est kalendarium mensium ian., febr. et mart., quod est instar indicis Vitarum in volumine descriptarum. Ornatus est codex litteris initialibus et figuris pulcherrime depictis* (3); *sed et in marginibus adscriptae sunt saec. XIII notae sive glossae bene multae, quarum tamen pleraeque nullius momenti sunt* (4).

In reliquis autem voluminibus litterae ornatae et pictae imagines multo pauciores sunt, eaeque etiam minus pulchrae; multo etiam pauciores occurrunt notae marginales.

(1) Specimen scripturae datum est ex codice 12, fol. 239, in *MG.*, Scr. t. XI, tab. 3, ad p. 162. — (2) Summatim illos descripsit vir rev. Dr. Benedictus Gsell, Sancrucensis archivarius, inter Xenia Bernardina, parte II, *Handschriften-Verzeichnisse der Cistercienser-Stifte*, t. I (1891), p. 124-32. — (3) Specimen vid. in *MG.*, l. c. — (3) Vid. *MG.*, t. c., p. 85, not. 2; *Archivum* Pertzii, t. X, p. 646, et etiam infra, p. 48, not.

H[12] = *codex signatus 12, olim* VII. 8. A. 1., *continet menses aprilem, maium, iunium. Constat foliis 327 (0m,430 × 0,305), praeter unum non numeratum, quod in initio additum est et continet trium horum mensium kalendarium. Multa folia umore in superiore parte plus minus sunt corrupta.*

H[13] = *codex signatus 13, olim* VII. 9. A. 1., *continet menses iulium, augustum, septembrem. Constat foliis 266 (0m,405 × 0,300), praeter duo non numerata, quae in initio posita sunt et continent kalendarium. Aliquot folia in mense augusto adeo umore laesa sunt, ut multis in locis vix quicquam legi possit. Codex mutilus est, ablato scilicet ultimo folio.*

H[14] = *codex signatus 14, olim* I. 97. A. 1. *Mutilus est tum in initio, tum in fine, et continet tantummodo legendas a die 22 novembris ad diem 27 decembris; neque habet kalendarium, quod ceteris voluminibus praefixum est. Constat nunc foliis 171 (0m,420 × 0,305). Umor quibusdam foliis aliquantulum nocuit.*

II. Exemplar Campililiense.

Servatur in abbatia Campi Liliorum, Ord. Cist. (Lilienfeld, *in inferiore Austria), quae est Sanctae Crucis filia; constat autem voluminibus tribus formae magnae, quae una manu, paginis bipartitis, nitide exarata sunt saec. XIII* (1). *Continent menses ianuarium ad martium et iulium ad septembrem. Haec ut ad nos, concedente perillustri Domno Abbate, Bruxellas mitterentur, pro sua in nos benevolentia effecit Rev. P. Gregorius Kubin, Campililiensis bibliothecarius.*

L[58] = *codex signatus 58, olim* Vitae Sanctorum 239 Pars I, 1330 (2), *compactus an. 1647, continet totum ianuarium et februarii dies 1-15. Constat foliis 151 (0m,420 × 0,300). Kalendarium, quod velut index contentorum habetur, descriptum est saec. XV, fol. 1. Folium 151 additicium est; primitus enim codex desinebat in folio 150 seu potius continuo iungebatur cum iis foliis, quibus nunc constat codex 59. Cum enim Passio Faustini et Iovitae, quae in codice 58 scribi coepta est, ibidem extremo folio 150v imperfecta in medio verbo* ostendere *desinat, a reliqua parte Passionis, quin etiam ipsiusmet huius verbi, initium ducit folium 2 codicis 59. Ita nempe (cod. 58, fol. 150v) :* Adrianus vero optans deorum suorum o | *(cod. 59, fol. 2r)* stendere gloriam. *Postea vero, addito fol. 151, in parte huius recta descripsit*

(1) De his vid. *Xenia Bernardina*, t. c., p. 501-2. — (2) Refertur, puto, hic numerus ad ultima verba quae leguntur fol. 151r : *Frater Leopoldus de Neuenberga griseus monachus in Campo Liliorum ab anno 1330. Benedictus Deus.*

manus saec. XV eandem ultimam partem Passionis Faustini et Iovitae.

L[59] = *codex signatus 59, olim* Vitae sanctorum memb. nº 192, *compactus etiam an. 1647, continet reliquum februarium et totum martium. Constat foliis 113 (0m,420 × 0m,300). Kalendarium saeculo XV descriptum est fol. 1v.*

L[60] = *codex signatus 60, olim* Vitae Sanctorum membr. nº 244. Pars III, *non eodem modo compactus, quo codices 58 et 59, continet menses iulium, augustum, septembrem. Constat foliis 279 (0m,420 × 0,290), praeter duo folia minora (0m,220 × 0,150) nulloque numero notata, in quibus eadem manu, quae totum codicem exaravit, descriptus est index Vitarum, quae in ipso continentur.*

III. Exemplar Zwettlense.

Servatur in Claravalle Austriae (vulgo Zwettl, *in Austria inferiore), quae etiam filia est Sanctae Crucis. Constat voluminibus quattuor, formae magnae, quae paginis bipartitis exarata sunt saec. XII extr. et XIII in., atque multis litteris ornatis pictisque figuris egregie decorata* (1). *Neque integrum est hoc Legendarii exemplar, cum desit iam volumen tertium, in quo continebantur menses iulius, augustus, september.*

Olim quidem codicem unum, nempe 14, petente socio illo nostro, qui Acta S. Wolfkangi prelo parabat, huc pro propenso suo in studia nostra animo miserat b. m. Rev. P. Iulius Zelenka, bibliothecarius Zwettlensis. Verum cum hoc tempore de examinando toto Legendario austriaco nondum cogitaremus, a codice illo penitus excutiendo nos abstinuimus, satisque habuimus quaedam pro more inter adversaria nostra de Vitis in eo contentis breviter adnotare; Passionem etiam S. Iustinae, quae in eodem legitur, in Analectis *nostris edidimus* (2). *Ubi vero consilium, quod nunc exsequimur, iam ceperamus, Zwettlenses iterum litteris adivimus, sperantes illos eadem, qua prius, liberalitate laboribus nostris adfuturos. Hac autem spe deiecti sumus, neque ullis precibus impetrare potuimus ut in nostri, immo in litterarum reipublicae gratiam, iterum levaretur lex, qua codices Zwettlenses extra monasterium mitti vetantur* (3). *Unde coacti sumus ea solummodo de codicibus illis infra proferre, quae pauca vel in* Xeniis Bernardinis, *vel in* Archivo *Pertzii repperimus, vel etiam paulo ampliora de uno codice 14 annotata habebamus. Grato quidem animo profitemur virum*

(1) De his vid. *Xenia Bernardina*, t. c., pp. 305-8 et 311-12. — (2) *Anal. Boll.*, t. X, p. 468-70. — (3) Cf. K. Trübner, *Minerva*, t. VI (1896-97), p. 943.

doctum Rev. P. Benedictum Hammerl, bibliothecarium et archivarium Zwettlensem, non solum nobis Vitam Gregorii Porcetensis cum codice 24 contulisse (1), *sed et ultro pro sua humanitate se paratum exhibuisse ut alia etiam, quae vellemus, in codicibus curae suae commissis inspiceret et conferret. Sed virum officiosissimum obruere noluimus ingenti labore, qui impendi debuisset, ut textus omnes in magnis illis quattuor voluminibus descripti singillatim examinarentur et recognoscerentur.*

Z[13] = *codex signatus 13, foliorum 234, continet menses ianuarium, februarium, martium. De eo ad nos ita scribebat laudatus v. d. Benedictus Hammerl :" Codex 13 non, ut* Xen. Bern. *II, 1, 305, dicitur, „ saec. XIII, sed saec. XII exeunte scriptus est generaliter ab una „ manu, cui interdum subvenit manus secunda, quae codicis 24 priora „ folia viginti tria etiam scripsit. Tertia manus saec. XIII inde a „ folio vigesimo tertio codicem 24 perduxit ad finem. „ Fol. 2 exstat index Vitarum; fol. 1 desumptum est ex quodam graduali neumatibus notato.*

Z[24] — *codex signatus 24, foliorum 310, continet menses aprilem, maium, iunium. De tempore quo scriptus est, vid. supra in Z*[13]. *Fol. 3 legitur index Vitarum; fol. 1 scriptura vacat; fol. 2 ex graduali desumptum est.*

Z[14] = *codex signatus 14, foliorum 201 (0m420 × 0,325), exaratus saec. XIII. Continet mensem octobrem et dies novembris 1-16. Fol. 1 legitur index Vitarum; fine mutilus est codex, ablatis paucis dumtaxat foliis.*

Z[15] = *codex signatus 15, foliorum 172, exaratus saec. XIII. Continet reliquas Vitas mensis novembris et totum decembrem. Hic capite mutilus est, desuntque folia item non multa.*

Atque haec sunt tria exempla cisterciensia. Ut autem a matre abbatia Sanctae Crucis ortum tulerunt tum Claravallis austriaca, tum Campus Liliorum, ita ex Sancrucensi exemplari derivata etiam videntur Legendaria tum Zwettlense, tum Campililiense. Id, quod ad Zwettlense attinet, et alii opinati sunt, et v. d. Benedictus Hammerl idem se censere litteris laudatis monuit. De Campililiensi autem plurimo experimento certior factus sum illud a Sancrucensi exscriptum esse, et quidem a Sancrucensi iam correcto, postquam nempe manus quaedam paulo recentior mendas, quae in hoc, sicut et in ceteris exemplaribus, non paucae sunt, quadantenus tollere nisa erat.

Ab hac cisterciensium codicum familia certis quibusdam indiciis discernere est exemplaria benedictina, Admuntense nimirum et Mellicense. Quae quamvis eandem Vitarum Passionumque collectionem con-

(1) Cf. *Act. SS*, Nov. t. II, 1, p. 459, num. 4.

tineant, tamen uno loco, in fine nempe februarii, quaedam documenta non habent, quae in omnibus cisterciensibus leguntur; sed maxime, ubi in ipso textu documentorum, quae in omnibus sunt, aliqua occurrit lectionum varietas, saepe inter se consentiunt codices benedictini et a communi cisterciensium lectione recedunt.

IV. Exemplar Admuntense.

Servatur in abbatia Admuntensi O. S. B. (Admunt *in Stiria*), *constatque voluminibus duobus formae magnae, quae paginis bipartitis nitide exarata sunt saec. XIII* (1), *litteris initialibus minio belle depictis. Continent sex priores menses. Quod autem haec domi nostrae utenda, permittente illustrissimo Domno Abbate, nacti sumus, debemus benevolentiae viri venerandi et multis de Admuntensi monasterio scriptis libris optime meriti, Rev. P. Iacobi Wichner.*

A[25] = *codex signatus 25, foliorum 272 (0^m,407 × 0,295), continet menses ianuarium, februarium, martium. Parti interiori tegumenti utrinque agglutinata sunt folia singula (= A et B), et in capite libri addita sunt duo folia insiticia (= I et II) nullo numero notata. In quibus quaenam descripta sint, paucis recensere iuvat.*

Fol. A. (saec. XIII) : 1° epistula Terrici magni praeceptoris domus templi (= R. Röhricht, Regesta regni Hierosolymitani, *n. 660); — 2° Alia epistula eiusdem* (= Röhricht, *t. c., n. 661); — 3° epistula Conradi marchionis Montis Ferrati* (= Röhricht, *t. c., n. 670*).

Fol. I[r] *(saec. XIII) : 1° initium litterarum Gregorii VIII, de quibus* Jaffé-Loewenfeld, *n. 16019; — 2° epistula Radulfi, patriarchae Hierosolymitani et aliorum* (= Röhricht, Regesta, *n. 924); — 3° epistula Simonis de Ionvilla ed. ab* R. Röhricht, Studien zur Geschichte des fünften Kreuzzuges (*1891*), *p. 46-48; — 4° excerptum ex opere quodam Oliverii Coloniensis scholastici* (2). *Inc. :* Sane quasi pignus et arram habemus in multis argumentis... *Des.:* persecutionem Sarracenorum propter hoc sustinuit. Unde bellum contra ipsum commissum originem duxit; — *5°* Rescriptum litterarum quas dominus Tharsensium Ruthenis et Cumanis transcripsit, que regi Ungarie transmisse fuerunt; que de lingua ipsorum predicatores verbo ad verbum (*sic*) simpliciter sunt translate; et singulis regibus ita scripsit: " Voluntas Dei hec est. Filius Dei voluit ita loqui... "

(1) Folia 115[v] et 116 codicis 25 scripta sunt alia manu paulo recentiore. — (2) Legitur enim in medio excerpto : *Hic liber cum eo, cuius mentionem fecimus in Historiis Damiate, in multis concordat.* Atqui cf. Oliverii Hist. Damiat. c. 33 (I.-G. Eccardus, *Corpus hist. med. aevi*, t. II, col. 1428).

Fol. Iv-IIv (saec. XIII) : kalendarium mensium ianuarii, februarii, martii.

Fol. IIr et IIv in margine descripta est saec. XIV in. narratio mutila, quam inde edidit b. m. W. Wattenbach *in* Neues Archiv, *t. IV, p. 207-8. Cum fol. II sit lacerum, ad illud firmandum agglutinatum est parvum folium, in quo saec. XV exarata sunt nescio quae philosophica.*

Fol. B. (saec. XII) : officium S. Mariae Magdalenae neumatibus notatum.

A[24] = *codex signatus 24, foliorum 215 (0m,409 × 0,209), continet menses aprilem, maium, iunium. In capite additum est folium nullo numero notatum, in quo legitur kalendarium mensium mai dumtaxat et iunii. In parte autem eiusdem folii descriptus est saec. XIV elenchus septuaginta duo diversarum linguarum.*

V. Exemplar Mellicense.

Codices Legendarii Austriaci septem, qui in bibliotheca Mellicensis abbatiae O. S. B. (Melk, *in Austria inferiore) servantur, videntur quidem integram collectionem efficere, reapse autem ad duas collectiones pertinent, quae se vicissim complent. Volumen nempe unum, saec. XIII scriptum, mensem ianuarium et partem februarii complectitur; alteram februarii partem et reliquos menses continent sex volumina saec. XV exarata. Omnia in bibliotheca nostra potuimus evolvere.*

Quam enim decessoribus olim nostris Ianningo et Baertio egregiam exhibuerant Mellicenses benevolentiam (1), *eandem et nos experti sumus. Non solum enim unum ex nostris, cum ante hos quattuor annos in praeclaram abbatiam in itinere divertisset, perhumaniter exceperunt, sed etiam, ultro concedente illustrissimo Domno Abbate, tum alia, tum septem Legendarii volumina Bruxellas misit vir optimus Dr. Rudolfus Schachinger, bibliothecae Mellicensi praefectus.*

1. Exemplar Mellicense vetustius.

Superest, ut modo dixi, unum volumen, nempe

M F8 = *codex signatus F. 8, exaratus saec. XIII exeunte; litterae initiales non paucae coloribus pictisque figuris pulchre ornatae sunt. Constat foliis 268* (2), *formae mediocris (0m,334 × 0,225). Fol. 265, quod ultimo loco venit, descriptum est saec. XIII, alia tamen manu,*

(1) Vid. infra ad cod. M. 4. — (2) Ultimum quidem folium signatum est numero 265; verum inter folia signata 263 et 264 inserta sunt duo folia, quae nullum numerum praeferunt et saec. XV sunt exarata; praeterea folia duo eodem numero 232 signata sunt, ut reapse codex complectatur folia 268.

kalendarium mensium februarii et martii; in marginibus autem adscripsit manus saec. XV indicem Vitarum in volumine contentarum, earum nempe quae legendae sunt a kalendis ianuarii ad d. 14 februarii.

2. Exemplar Mellicense recentius.

Sex constat voluminibus (1), *quorum quinque membranea, unum (C. 12) chartaceum est, et quae paginis fere bipartitis* (2) *exarata sunt saec. XV. Litterae initiales passim auro et coloribus pulchre depictae.*

M ^{M4} = *codex signatus M. 4, alias 674, foliorum 281* ($0^{m},348 \times 0,257$), *praeter duo in initio addita, in quorum priore descriptus est index Vitarum, alterum autem vacat. Continet volumen: 1° in initio tria documenta ad aprilem spectantia; 2° mensem februarium inde a die 15; 3° mensem martium; 4° mensem aprilem.*

Ad calcem adiecta est pagella chartacea, in qua adnotatio quaedam legitur, ipsa manu P. Andreae, olim bibliothecarii, ut videtur, Mellicensis, conscripta; quam typis iterum repraesentare (3) *in grati memorisque animi testimonium volumus.*

Anno 1688, 27 septembris, in causa continuandorum operum P. Bollandi circa vesperam diverterunt ad monasterium nostrum duo PP. Societatis Antverpienses ex domo professa ibidem, quorum prior dictus fuit Conradus Ianningus, alter Franciscus Baertius. Hi die sequenti, facta missa, venerunt ad bibliothecam nostram, ibique exhibitis aliquot a nobis antiquis et ad rem ipsorum facientibus codicibus, obtinuerunt a Reverendissimo licentiam nonnulla excerpendi; quod et in tertium usque diem fecerunt, praesertim ex manuscriptis quinque libris de Vitis sanctorum F. Christofori Lieb, professi olim nostri. Quae vero ob temporis angustias ex his aliisque codicibus describere non poterant, certo modo signarunt, ut commodo deinde tempore a novitiis describerentur et Antverpiam submitterentur. Sed et membraneum quendam libellum ms. in forma 8^{avi}, cui afforis titulus „ Vita S. Walburgis „, secum cum eiusdem Reverendissimi licentia acceperunt cum obligatione chirographali sub dato 29 septembris, quam idem Reverendissimus ad manus habet, ut primum descriptus fuerit, remittendi.

3 octobris 1688. P. Andreas.

(1) Elenchum Vitarum, quas continent, edidit Martinus Kropff, *Bibliotheca Mellicensis* (1747), p. 319-34; de codice C. 12. uberiora iam videre est in *Catalogo cod. manu script. qui in bibl. monast. Mellicensis O. S. B. servantur*, t. I (1889), p. 201-4. — (2) Lineis plenis exarata sunt folia 11-13 codicis M. 4. et totus codex C. 12. — (3) Illam ex hoc autographo edidit, non tamen integram, Martinus Kropff, *op. cit.*, p. 334-35. Eandem, nonnullis tamen passim mutatis vel omissis, „ ex libro ephemeridum abbatiae Mellicensis „ accepit et edidit Pitra, *Étude sur les Bollandistes* (1850), p. 225.

M [M5] = *codex signatus M. 5, alias 675, foliorum 291 (0m,35 × 0,25), praeter unum quod in capite exstat nullo numero distinctum et quod indicem Vitarum exhibet. Continet menses maium et iunium.*

M [M6] = *codex signatus M. 6, alias 676, alias H. 54, foliorum 355 (0m,35 × 0,25), praeter duo additicia in initio, quorum prius scriptura vacat, alterum exhibet indicem Vitarum. Continet menses iulium et augustum.*

M [M7] = *codex signatus M. 7, alias 677, alias H. 55, foliorum 348 (0m,35 × 0,25). Index Vitarum legitur fol. 347v-48. Continet menses septembrem et octobrem.*

M [M8] = *codex signatus M. 8, alias 678, alias H. 56, foliorum 265 (0m,35 × 0,25). Index Vitarum legitur fol. 265. Continet mensem novembrem.*

M [C12] = *codex signatus C. 12, alias 134, alias H. 57, foliorum 275 (0m,290 × 0,215), praeter unum nullo numero notatum in initio; istud autem scriptura vacat, sicut etiam paene totum fol. 273 et folia 274, 275. Elenchus Vitarum legitur fol. 272v-73. Continet mensem decembrem.*

Folia interiori parti tegumento agglutinata continent catalogum librorum bibliothecae Mellicensis saec. XV; sed et tegumentum inter et ipsum codicem inserta sunt folia insiticia nullo numero signata, quae decerpta sunt ex codice quodam philosophico saec. XV.

Iamvero quinque priora volumina una manu exarata sunt, nimirum Christophori Lieb, qui anno 1448 in Mellicense monasterium receptus et anno 1449 ibidem professus (1), *etiam anno 1471 in exarando hoc legendario pergebat. Quod comperimus hac nota, quam manu ipsius scriptam legimus in codice signato M. 7, fol. 343, post Vitam S. Wolfkangi:* Explicit. Milleno quadringenteno septuageno primo
Christi sanctorum Mellici completur in anno
Praesens quarta legendarum pars, scriptaque per me
Fratrem Mellicensem dictum Christophorum Lieb.
Pro cuius fine laus et honor Domino (2).

Sextum etiam codicem, librum nempe chartaceum C. 12, ab eodem Christophoro scriptum esse, ut non negare, ita multo minus affirmare audeo.

(1) Vid. M. Kropff, *op. cit.*, p. 317. Existimavit Kropffius ab ipso Christophoro collectum esse magnum hoc Legendarium, ideoque mirificis eum extulit laudibus (ibid. et p. 335), " utpote ", ait, " qui primus fuisse videtur, qui si non omnium, certe " plerorumque sanctorum Acta sat longo ante Laurentium Surium tempore in " unum corpus et opus coegit " — (2) Hanc adnotationem iam ed. Kropff, *op. cit.*, p. 318. Tentavit, puto, Christophorus, illam carminibus scribere; id quod typis exhibendum duxi.

Censuit laudatus iam Martinus Kropff Christophorum praeter tomos superstites, exarasse etiam tomum qui primus collectionis fuisset et iam periisset, in quo nempe mensis ianuarius et pars februarii prior continerentur. " Quaerat hic quispiam „, inquit (p. 335), " perscripsitne „ Christophorus Lieb etiam historias eorum sanctorum, qui mensibus „ ianuario, februario celebrantur? Cui non sine vehementissimo „ dolore respondemus, certo perscripsisse, sed heu eos tomos ex nostra „ bibliotheca seu incuria seu nimia in concedendo facultate aut demum „ malis artibus dudum alio evolasse. Exstitisse hic, fidem facit registrum cod. R. 27. antiquius, Christoph. Liebio fere synchronon, in „ quo parte 2, fol. 86, hoc eiusdem opus his verbis recensetur : Legendae „ Sanctorum a kalendis ianuarii usque ad XVI kal. martii. A „ XVI kalend. martii usque ad kal. may. *Evidens quoque est ex codicis „ C. 12 praefatione, Christophorum Lieb ianuarium et februarium „ conscripsisse. „*

Verum haec non adeo evidentia sunt. Praefatione siquidem illa, quae non Christophori est, sed Wolfhardi, id solummodo ostenditur in Wolfhardi libro, h. e. in martyrologio, totum anni circulum a ianuario ad decembrem comprehensum esse. Quod autem in registro citato adnotatum est, id apte quadrat in volumina legendarii quae supersunt. Codex enim F. 8 continet Vitas a kalendis ianuarii ad XVI kal. martii, codex M. 4 a XVI kal. martii ad kal. mai. Auctor registri existimavit quidem, idque iure ac merito, his voluminibus unam effici collectionem, minime autem asseruit omnia eadem manu, multo minus eodem tempore, esse conscripta.

Nihil ergo protulit Kropffius, quod ad rem praesentem dirimendam conferret. Immo crediderim equidem a Christophoro Lieb primum legendarii volumen nequaquam esse conscriptum. Neque enim mihi persuadere possum casu factum esse ut ex exemplari vetustiore solum primum volumen conservaretur, ex recentiore omnia volumina praeter primum, praesertim cum ita exacte cohaereant duo illa volumina F. 8 saec. XIII et M. 4 saec. XV exarata, ut ubi desinit primum, inde alterum incipiat (1); *quod ut fieret, opus habuit Christophorus Lieb non, ut in codicibus M. 5. 6. 7. fecit, binos menses, sed duos menses martium et aprilem et praeterea dimidiam februarii partem in codice M. 4. colligere.*

Quare haec demum de utroque Mellicensi exemplari coniciendo proponere liceat: exstitisse nempe olim integrum exemplar saec. XIII descriptum, cuius primum volumen F. 8 adhuc servatum est; cetera volumina

(1) In memoriam revocare iuvat, quod iam monuimus, in exemplari Campililiensi primo quidem tomo contineri Vitas a 1 ian. ad 14 febr., altero autem a 15 febr. ad finem martii; verum his non duo sed unum dumtaxat volumen primitus constitisse.

adverso quodam casu periisse, puta incendio illo, quod anno 1597 Mellicium vastavit optimosque codices absumpsit (1). *Postea vero curam gessisse Chr. Lieb ut Legendarium in integrum restitueretur, ideoque, accepto aliunde exemplari, volumina quae deerant, scilicet M. 4, 5, etc. exscripsisse. Quodnam autem fuerit illud exemplar, non liquet. Quamquam enim cum Admuntensibus codicibus potius consentiunt Christophori apographa, quam cum ullis aliis superstitibus, est tamen ubi ab Admuntensibus recedant, et non tam manum emendatricem Christophori quam archetypum aliquod emendatius, quam Admuntense exemplar est, prodire videantur. Atque haec de Mellicensibus.*

Restat unum volumen, quod benedictinisne an cisterciensibus accenseam, dubius haereo. Est nempe

Codex Vindobonensis.

V = *codex bibliothecae palatinae lat. 336, olim " hist. eccl. 5 ", quem ea qua excellit erga nos comitate Bruxellas misit, qui tunc bibliothecae palatinae praeerat, v. cl. Gulielmus de Hartel.*

Constat foliis 418 ($0^m,43 \times 0,30$); *folia tamen signata sunt solummodo numeris 1-412. Verum bina folia numerum 96 praeferunt, et insuper folia insiticia, nullo numero notata, addita sunt quattuor in capite* (= $1^*, 2^*, 3^*, 4^*$), *unum in fine* (= 5^*).

Exaratus est fere totus paginis bipartitis saec. XIII; folia $1^*, 2^*$ *et* 5^* *paginis quadripertitis alia manu saec. XIII; fol. 411-12 saec. XIV.*

Fol. $1^*, 2^*$ *et* 5^* *descripti sunt commentarii philosophici; fol.* 3^* *et* 4^* *index Vitarum. Continet menses aprilem, maium, iunium.*

Quonam pertinuerit olim ille codex, non comperimus. Unum exstat indicium, at istud levissimum, nempe quod fol. 411-12 recentiore manu, ut dictum est, exscripta est Historia inventionis reliquiarum ad divi Hippolyti in Austria. Quominus autem conicias hoc volumen olim partem exstitisse exemplaris Campililiensis, — hoc nimirum caret mensibus aprili, maio et iunio, atque aetate et forma haud absimile est codici Vindobonensi, — obstant tamen tum alia, tum praesertim quod, ubi sunt variae lectiones, non cum cisterciensibus exemplaribus, sed fere cum Admuntensi convenit textus Vindobonensis, aut etiam propriis corruptelis, iisque non paucis, est inquinatus.

Praeter ea quae hucusque passim monuimus, — nempe codices L ab exemplari H iam correcto descriptos esse; codices Z cum codicibus H L

(1) Cf. KROPFF, *op. cit.*, p. 14.

cohaerere, ab his autem cisterciensibus libris diversos esse benedictinos codices A M et quadantenus etiam V, — praeter haec, inquam, certiora de codicum affinitate decernere non possumus. Collatis tamen codicibus in his non ita paucis documentis, quae ex eisdem antea iam edita sunt vel modo in appendice edentur, illud generatim constat, tum archetypum nunc deperditum iam mendosum fuisse, tum in exscribendis, quae supersunt, exemplaribus scribas singulos modo fideliores modo neglegentiores fuisse, modo archetypi mendas feliciter abstulisse, modo alias addidisse, ut denique meliores lectiones aliquando in codicibus H L Z, aliquando contra in A M reperire sit.

Restat ut breviter explicemus quomodo elenchus Vitarum seu catalogus, quem iam subicimus, sit confectus.

1° Quoniam imprimis oportebat ut quae omnium exemplarium communia sunt et quibus ipsum primigenium legendarium constabat, manifestius apparerent, ideo ea quae singulis passim exemplaribus sunt addita vel, si in pluribus leguntur, e communi tamen omnium codicum fonte derivata non videntur, in infimas pagellas relegavimus et paulo minoribus typis expressimus.

2° Ut ostendatur quae Legendarium inter et Wolfhardi martyrologium intercedat cognatio, Wolfhardum in hoc catalogo saepe citavimus; nempe α) *quotiescumque idem omnino textus et in Martyrologio et in Legendario exhibetur, tunc Martyrologium* (= **Wolfh.**), *utpote fontem ceterorum, ante codices Legendarii,* β) *ubi vero in Wolfhardo idem quidem textus atque in Legendario, sed is sive contractus sive mutilus legitur, tunc Martyrologium post codices Legendarii recensuimus. Numeris autem ubique ad nomen* Wolfh. *appositis folia codicis Monacensis 18100 designavimus; quod si alio die alicuius sancti memoria apud Wolfhardum agitur, id adnotare non omisimus.*

3° Item ut ostendatur in quo conveniant Legendaria austriacum et Windbergense, stellula (*) *ante nomina sanctorum apposita indicavimus his locis in utroque Legendario idem prorsus documentum descriptum esse; binis autem stellulis* (**) *in utroque idem quidem documentum exstare, verum in alterutro ultimam ipsius partem a scriba esse praetermissam.*

4° Lemmata, quae Vitis in singulis codicibus praefixa sunt, fere negleximus. Ea enim fideliter referre et longum erat, — multum enim inter se diversa sunt, — et nullam utilitatem poterat afferre (1). *Ideo*

(1) Exemplo sint quae leguntur ad d. 2 apr. ante Passionem S. Theodosiae, in H : *Passio beate Theodosie virginis et martyris;* in A : *Passio sancte Theodosie;* in M et V : *Passio Theodosie virginis.*

satis plerumque habuimus nomen cuiusque sancti perspicuis verbis enuntiare, aliquando vero, ubi id e re esse videbatur, codicum lemmata appositis signis " ... „ exscripsimus.

4° Ubicumque continuata serie idem codex in catalogo citatur, prima solummodo vice siglam integram (v. g. **A**[25]*) et quidem crassioribus typis expressimus, deinceps vero una littera (v. g.* A*) codicem designavimus.*

5° Dies quibus unaquaeque Passio vel Vita legenda erat, eos adscripsimus, qui in singulis lemmatibus vel saltem in kalendario codicibus praefixo erant indicati. In mensibus tamen octobri, novembri et decembri, cum codices, quos quidem habuimus, nulla kalendaria habeant, diem, ubi lemmata etiam silent, ex Wolfhardi martyrologio accepimus; ubi vero in martyrologio de sancto nulla erat mentio, diem nullum, sed solum puncta quaedam (...) apposuimus.

MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM

Epistula Chromatii et Heliodori ad Hieronymum (**H**[11]. 1; **L**[58] 2; **Z**[13]...; **A**[25] 1; **M** [FS.] 1).

Edita tum alibi, tum in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. LXXXII.

Responsum Hieronymi ad Chromatium et Heliodorum (H. 1; L. 2; Z...; A. 1; M. 1).

Ed. ibidem. Om. ultima sententia : *Sane in prima parte...*

Praefatio [1] (H. 1; L. 2; Z...; A. 1; M. 1v).

Illam exscribimus. *Non ad hoc negotium mei ingenii fiducia trahor, nec fretus eloquio ad adtingendas*[2] *sanctorum civilitates*[3] *praesumo, ne, cum multa sint*[4]*, pauca referens, vituperium magis quam laudem assumam, qui etiam si priscorum*[5] *eloquentiae auctor exsisterem, non solum facundia*[6] *nihil ornarem, sed*[7] *materiae mole succumberem*[8]*. Vestrae*[9] *igitur catervae*[10] *me amor provocat, vester affectus trahit. Pro certo enim habeo, fratres, animari conatus nostros eorum meritis, quorum vitam narrantes veneramur. Ita ergo castis moribus aemulandum honoremus, ut quod in propriis nostris virtutibus deest, in patrum gloria praeesse videatur. Sed quamvis tepentis sit ingenuitas, sermonis exordium faciamus.*

[1] Incipit liber primus A, *in quo haec praefatio post alteram posita est; nullum lemma in* H. L. M. — [2] distinguendas L. — [3] civitates L. — [4] sit A. M. — [5] pre sanctorum H. L. — [6] facundiam *codd.* — [7] victus *add.* A. M. — [8] succumbere A. M. — [9] vester A. — [10] catervat A. M.

Praefatio altera [1] (Wolfh. 10; — A. 1; L. 2v; Z...; A. 1; M. 1v-2).
PEZ, *Thes. anecd.*, t. VI, col. 90 (ex W); MIGNE, *P. L.*, t. CXXIX, col. 893 (ex Pezio).

IANUARIUS.

1. *S. Basilii ep. Caesariensis (H. 1-6; L. 2v-9v; Z...; A. 1-7; M. 2-14).
Vitae auctore pseudo-Amphilochio versio ab Euphemio confecta (cf. Aeneae Parisiensis *Liber adversus graecos*, c. 166, MIGNE, *P. L.*, t. CXXI, col. 738) et edita tum alibi, tum in *Vitis Sanctorum Patrum* (Coloniae, 1548), sign. I.vjto-K.v.

*S. Concordii mart. (H. 6-6v: L. 9v-10; Z...; A. 7-7v; M. 14-15).
Act. SS., ad h. d. ian., t. I, p. 9-10.

*S. Martinae virg. et mart. (H. 6v-10; L. 10-15; Z...; A. 7v-12; M. 18v-26).
Ibid., p. 11-17.

2. S. Marinae virg. (H. 10-10v; L. 15-16; Z...; A. 12-12v; M. 26-27v).
Eadem rebus narratis cum Vita ed. apud MIGNE, *P. L.*, t. LXXIII, col. 691-694, verbis tamen aliis. Inc. *Fuit quidam vir in Bithyniae provincia degens nomine Eugenius. Hic habuit coniugem...* Des. *Tunc accipientes fratres sanctas eius reliquias... Cum quibus et nos, carissimi, deprecemur...*

3. S. Petri Balsami mart. (H. 10v-11; L. 16-16v; Z...; A. 12v-13; M. 27v-28v).
Act. SS., ad h. d. ian., t. I, p. 129.

S. Theogenis mart. (H. 11-11v; L. 16v-17v; Z...; A. 13-14; M. 28v-30).
Ibid., p. 134-35.

*S. Genovefae (H. 11v-14; L. 17v-21; Z...; A. 14-17; M. 30-35).
Ibid., p. 143-47.

4. *S. Titi apostolorum discipuli (Wolfh. 11v; — H. 14; L. 21; Z...; A. 17; M. 35).
Ex Adonis *Lib. de festiv. apost.* ad h. d.

*S. Clari ab. Viennensis (H. 14-14v; L. 21-22; Z... ; A. 17-18; M. 35-36v).
Act. SS., ad d. 1 ian., t. I, p. 55-56.

5. *S. Telesfori papae (Wolfh. 11v-12; — H. 14v; L. 22; Z...; A. 18; M. 36v).
Ex Adone ad h. d.

[1] Incipit prefatio *Wolfh.*; Item prefatio sequentis operis in k. ian. A; *nullum lemma in* H. L. M.

*S. Symeonis stylitae (H. 14v-16v; L. 22-24v; Z...; A. 18-20; M. 36v-40).

Act. SS., ad h. d. ian., t. I, p. 269-74.

6. S. Iuliani mart. (H. 16v-19v; L. 24v-29; Z...; *om.* A.; M. 40-46v).

Ibid., ad d. 9, p. 579-87, scilicet, nonnullis mutatis, num. 17-64 Passionis SS. Iuliani et Basilissae. Cf. infra ad d. 9 ian. In indice seu kalendario cod. A inscriptum est ad h. d. nomen *Macre virginis*, de qua agit Wolfhardus in martyrologio.

7. SS. Felix Tubincensis et Ianuarius mart. (H. 19v; L. 29-29v; Z...; A. 20v-21; M. 46v-47).

Act. SS., ad d. 24 oct., t. X, p. 625-28, nempe recensio longior.

8. *S. Severini mon. (H. 19v-25v; L. 29v-38v; Z...; A. 24-31v; M. 47-59).

Auctore Eugippio. *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 484-97; H. Sauppe, in *MG.*, auct. ant. t. I, 2, p. 1-30; P. Knoell in *Corp. script. eccl. lat.* t. IX, 2 (Vindobonae, 1886), p. 1-70.

*S. Erhardi ep. Ratisponensis (H. 25v-28; L. 38v-42; Z...; A. 21-24; M. 59-63v).

Auctore Paulo. *Act. SS.*, ad h. d. ian., t. I, p. 535-39.

9. **SS. Iuliani et Basilissae mart. (H. 28-29v; L. 42-44; Z...; A. 31v-37v; M. 63v-73).

Ibid., ad h. d., p. 575 sqq., scilicet in H et L num. 2-16, prima sententia num. 17, num. 58 praeter ultimam sententiam; in A et M num. 2-63. In H subditur haec rubrica: *Passio sancti Iuliani martiris hic statim subiungenda requirenda est VIII idus ian.* Cf. supra ad d. 6.

10. S. Pauli primi eremitae (H. 29v-30v; *om.* L.; Z...; A. 37v-39v; M. 73-75v; — Wolfh. 13-14).

Ibid., ad h. d., p. 604-7.

11. S. Mochullei ep. (H. 20v-34v; L. 44-49; Z...; A. 39v-44; M. 75v-83v).

Priorem partem, cuius fragmentum tantummodo editum est in De Smedt-De Backer, *Act. SS. Hiberniae*, col. 939-44, vide in appendice V; altera pars ed. ex H. A. M. in *MG.*, Scr. t. XX, p. 512-14.

12. S. Potiti mart. (H. 34v-36; L. 49-51; Z...; A. 44-46; M. 83v-86v).

Act. SS., ad d. 13 ian., t. I, p. 754-57.

13. *S. Hilarii ep. Pictaviensis (H. 36-38; L. 51-54; Z...; A. 46-49; M. 86v-91).

Vitae auctore Fortunato liber I; omissus est prologus et subiecta miracula ed. in nostro *Catal. Brux.*, t. I, p. 157-58; t. II, p. 419-21 et *Anal. Boll.*, t. VIII, p. 186-88.

14. S. Felicis in Pincis (Wolfh. 14v-15; — H. 38; L. 54; Z...; A. 49-49v; M. 91-92).

Ex Adone ad h. d.

15. *S. Mauri abb. (H. 38-44; *om.* L.; Z...; A. 49v-57v; M. 92-105).

Act. SS., ad h. d. ian., t. I, p. 1039-50. In H subiecta est brevis exhortatio paraenetica, quae inc.: *Qui homo Dei et Christi esse iam coepit...*

16. *S. Marcelli papae et mart. (H. 44-45v; L. 54-56; Z...; A. 57v-59v; M. 105-8; — Wolfh. 15v-16 *et* 21-21v *ad d. 29 ian., ubi de Papia et Mauro*).

Ibid., ad h. d., t. II, p. 5-9. In A praefixa est hoc falsum lemma: *Passio sancti Sisinnii martiris.*

S. Fursei conf. (H. 45v-48; L. 56-60; Z...; A. 59v-63v; M. 108-113).

Ibid., ad h. d., p. 36-41; subiectus est locus editus in nostro *Catal. Paris.*, t. I, p. 195-96.

17. S. Antonii abb. (H. 48-57; *om.* L.; Z...; A. 63v-76; M. 113-30v).

Adscripta Athanasio. *Act. SS.*, ad h. d. ian., t. II, p. 120-41. In H praefatio Evagrii ad calcem Vitae legitur; in M addita est eadem in margine inferiore fol. 113.

*SS. Geminorum Speusippi et soc. mart. (H. 57-58v; L. 60-62v; Z...; A. 76-78v; M. 130v-34).

Auctore Warnahario. Ibid., p. 76-80. Om. num. 1.

18. Cathedra S. Petri apost. (Wolfh. 16v; — H. 59; L. 62v; Z...; A. 78v-79; M. 134-34v).

Inc. *Principis apostolorum beati*[1] *Petri cathedram, qua*[2] *Roma apostolico sublimatur regimine*[3], *sancta veneratur ecclesia...*

Subiecta sunt in omnibus codd. elogia Priscae virginis atque Mosaei et Ammonii martyrum ex Adone desumpta.

*S. Severi ep. Viennensis (H. 59-59v; L. 62v-63v; Z...; A. 79-80; M. 134v-36).

Anal. Boll., t. V, p. 417-24. Nonnulla subinde omissa sunt.

19. *S. Pontiani mart. (H. 59v-60; L. 63v-64v; Z...; A. 80-80v; M. 136-37; — Wolfh. 15-15v *ad d. 15 ian*).

Act. SS., ad d. 14 ian., t. I, p. 933-34; insuper in Wolfh. ad hanc diem 19 exscripta est ultima pars elogii Pontiani ex Adone.

20. *S. Sebastiani mart. (H. 60-66; L. 64v-73; Z...; A. 80v-89; M. 137-49; — Wolfh. 17-17v).

Act. SS., ad h. d. ian., t. II, p. 265-78.

SS. Marii, Marthae, Audifax et Abacuc mart. (H. 66-67; L. 73-74v; Z...; A. 89-90v; M. 149-51; — Wolfh. 17v).

Ibid., ad d. 19, p. 216-19.

[1] *om.* H. L. A. M. — [2] quo H. L. A. M. — [3] regine A.

21. *S. Agnetis virg. et mart. (H. 67-68; L. 74^{v}-76^{v}; Z...; A. 90^{v}-92; M. 151-53^{v}; — Wolfh. 17^{v}-18, *et* 19^{v} *ubi de Emerentiana, et* 21 *in octava Agnetis*).

Auctore Ambrosio. Ibid., ad h. d., p. 351-54.

22. S. Vincentii Caesaraugustani mart. (H. 68-69^{v}; L. 76^{v}-78^{v}; Z...; A. 94-96^{v}; M. 153^{v}-56).

Recensio similis illi de qua in nostro *Catal. Brux.*, t. I, p. 7, 12°. Ad calcem legitur additamentum illud *Tantam autem gratiam Dominus*, quod saepe alibi occurrit (cf. *Catal. Brux.*, t. II, p. 153, lin. 8 sqq.; *Catal. Paris.*, t. II, p. 615); notare iuverit ubi ceteri codices habent *Gratianopolitanae urbis*, legi in H et L *gratia Dei neapolitane u.*, in A *gratia neapolitane u.*, in M *gratia nepolitane u.*

S. Anastasii mart. (H. 69^{v}-71^{v}; L. 78-81; Z...; A. 94-96^{v}; M. 156-159^{v}).

Act. SS., ad h. d. ian., t. II, p. 426-31. Non pauca hinc inde omissa sunt et nonnumquam mutatus est stilus.

23. S. Fructuosi ep. et sociorum mart. (H. 71^{v}-72; L. 81-82; Z...; *om.* A; M. 159^{v}-60^{v}).

Ibid., ad d. 21, p. 340.

*S. Asclae mart. (H. 72-72^{v}; L. 82-82^{v}; Z...; A. 96^{v}-97; M. 160^{v}-161^{v}).

Ibid., ad h. d., p. 456-57.

24. *S. Timothei „apostoli„ (H. 72^{v}; L. 82^{v}-83; Z...; A. 97-97^{v}; M. 161^{v}-62).

Auctore Polycrate. Ibid., ad h. d., p. 566. Om. num. 1.

*S. Babylae ep. Antiocheni (H. 72^{v}-73^{v}; *om.* L; Z...; A. 97^{v}-99; M. 162-64).

Ibid., p. 571-73.

25. De conversione S. Pauli apost. (H. 73^{v}-74; L. 83-84; Z...; A. 100-100^{v}; M. 164-165).

Inc. *Fuit vir nomine Saulus eruditissimus in libris Moysi et cunctis legis caerimoniis...* Des. *Post duos autem annos de passione beati Petri, sed ipsa die qua beatus Petrus, martyrium consummavit. Cuius corpus a christianis viris conditum... Acta sunt haec circa sanctos...*

*S. Praeiecti Arvernensis ep. (H. 74-75; L. 84-85; Z...; A. 99-100; M. 165-66^{v}).

Act. SS., ad h. d. ian., t. II, p. 633-36, scilicet num. 2-15 dumtaxat. In H. L. postea vacua relicta est dimidia columna.

26. S. Balthildis reginae (H. 75-76^{v}; L. 85^{v}-88; Z...; A. 100^{v}-2^{v}; M. 166^{v}-69).

Recensio A edita *MG.*, Scr. rer. merov., t. II, p. 482-508, adhibito codice M.

*S. Polycarpi ep. Smyrnensis (Wolfh. 20-20v ; — H. 76v ; L. 85v ; Z...; A. 102v-3 ; M. 169-70).

Ex Adone ad h. d.

27. S. Iohannis Chrysostomi (H. 76v-78; L. 88-90; Z...; A. 103-5 ; M. 15-18v *et* 170).

Cassiodori *Hist. tripart.*, lib. X, cap. 3-20. Prologi instar ad verbum exscripsit Legendarii collector integram illam sancti laudationem, quam Wolfhardus ad h. d., f. 20v-21, martyrologio suo inseruit ; quae inc. : *Iohannis episcopi CPtani celebratio commoda a nobis veneratione tractatur.* Prologus ille omissus est in A; in M descriptus est fol. 170, ibique in margine adscriptum est : *Require plenius fo. 15 de Iohanne Crisostomo.*

*S. Gamulberti conf. (H. 78-79v; L. 90-92v; Z... ; A. 105-6v; M. 170-73).

Act. SS., ad h. d. ian., t. II, p. 783-87. In A om. prologus.

*Dormitio S. Paulae viduae (H. 79v-84 ; L. 92v-98v; Z... ; M. 173-181v).

Auctore Hieronymo. Ibid., p. 712-22. In A, fol. 10, post hoc lemma : *Incipit prefacio S. Ioronimi*, legitur dumtaxat elogium ex Adone ad h. d. desumptum. Inde scriptum erat *Dormitio sanctae Paulae;* verum hoc lemma erasum est et sequitur absque lemmate Passio Thyrsi et Leucii.

28. SS. Thyrsi et Leucii mart. (H. 84-87v ; L. 98v-104; Z...; A. 107-11v; M. 181v-88v).

Act. SS., ad h. d. ian., t. II, p. 824-32.

29. S. Valerii ep. Treverensis (H. 87v-88; L. 104-4v; Z... ; A. 111v-12 ; M. 188v-89v).

Ibid, ad h. d., p. 921-22, num. 18-25.

30. *S. Constantii mart. (H. 88-88v; L. 105-5v; Z... ; A. 112-13 ; M. 189v-90v).

Bibliotheca Casinensis, t. III, floril. p. 54-55.

31. SS. Iulii et Iuliani (H. 88v-90; *om.* L.; Z... ; A. 113-14v; M. 190-193).

Act. SS., ad h. d. ian., t. II, p. 1101-4.

*SS. Sisinnii et sociorum eius mart. (H. 90-90v ; L. 105v-6 ; *om.* Z; A. 114v-15 ; M. 193-93v).

Epistula Vigilii episcopi Tridentini. *Act. SS.*, ad d. 29 mai, t. VII, p. 41-42. In A praefixum est hoc lemma *Passio Vigilii episcopi;* in M vero *Epistola beati Vigilii episcopi de passione sancti Alexandri martyris Mediolanensis episcopi.* In tabula vero seu kalendario codd. H. L. A. ad h. d. scriptum est *Item Vigilii episcopi.* Et quidem in martyrologio Wolfhardi nihil ad h. d. de Sisinnio et sociis, sed elogium Vigilii ex Adone exscriptum est.

FEBRUARIUS

Praefatio[1] (Wolfh. 22. — H. 91; L. 106; Z...; A. 116ᵛ; M. 209ᵛ).

Prior pars ed. ex Wolfh. in *Archivo* Pertzii, t. V, p. 565. Vid. supra, p. 6, not. 2.

1. S. Ignatii Antiocheni (H. 91-93; L. 106ᵛ-8ᵛ; Z...; A. 116ᵛ-8; M. 209ᵛ-12ᵛ).

Act. SS., ad h. d. febr., t. I, p. 29-33.

*S. Brigidae virg. in Hibernia (H. 93-96ᵛ; L. 108ᵛ-12ᵛ; Z...; A. 118-21ᵛ; M. 212ᵛ-17ᵛ).

Ibid., p. 135-41.

Alia Vita S. Brigidae (H. 96ᵛ-105ᵛ; L. 112ᵛ-22ᵛ; Z...; *om.* A; M. 217ᵛ-31ᵛ).

Ibid., p. 118-34.

2. Sermo in purificatione S. Mariae (H. 105ᵛ-6; L. 122ᵛ-23; Z...; A. 121ᵛ-22; M. 231ᵛ-32).

Vid. appendicem VI.

Unde supra (H. 106-7; L. 123-24; Z...; A. 122-22ᵛ; M. 232-232*bis*ᵛ.

Inc. *Postquam impleti sunt dies... Lucas evangelista, cuius laus est...* Des. *ut semper sit cum ipso substantialiter Deus censebitur.*

Unde supra (H. 107-8; L. 124-26; Z...; A. 123-24; M. 232*bis*ᵛ-35ᵛ).

Inc. *Superni luminis index...* Des. *Gens illa de Iacob femore nata...*

Unde supra (H. 108-9; L. 126-27; Z...; A. 124-25; M. 234ᵛ-36).

Inc. *Postquam completi sunt dies ... Candor splendificus lucis aeternae...* Des. *ad septimam sabbati transeundo purificetur per D. N. I. C...*

Unde supra (H. 109-11; L. 127-29; Z...; A. 125-27; M. 236ᵛ-39).

Inc. *Secundum legem Moysi tulerunt ... Vos qui de mundi naufragio...* Des. *semper possitis concinere: replebimur in bonis domus tuae.*

Unde supra (H. 111-12; L. 129-30; Z...; A. 127-28; M. 239-40ᵛ).

Inc. *Ecce ille venit in montibus...* Des. *Sic ergo peragite, filii Dei...*

Unde supra (H. 112-12ᵛ; L. 130-31; Z...; A. 128-28ᵛ; H. 240ᵛ-41ᵛ).

Inc. *Audivimus suadentem regi Achaz Iosiam...* Des. *Mater patris et filia salvet nos per saecula. Amen.*

S. Cornelii Caesariensis centurionis (Wolfh. 22; — H. 112ᵛ; L. 131; Z...; A. 128ᵛ; M. 241ᵛ).

Ex Adone ad h. d. et *Actis apostolorum*. Subiecta est in omnibus codd. laus S. Aproniani ex Adone.

[1] Prefatio *Wolfh.*; Incipit februarius mensis... Prefatio Wolfhardi in eundem mensem H. L.; Prefacio Wolfhardi in februarium M; Incipit prologus A.

3. *S. Blasii ep. Sebasteni (H. 112^{v}-15^{v}; L. 131-34; Z...; A. 128^{v}-131^{v}; M. 241^{v}-45^{v}; — Wolfh. 22^{v}-23).

Act. SS., ad h. d. febr., t. I, p. 339-44.

4. *S. Phileae ep. et Philoromi mart. (Wolfh. 23-23^{v}; — H. 115^{v}; L. 134-34^{v}; Z...; A. 131^{v}-32; M. 245^{v}-46).

Ex Adone ad h. d.

SS. Achatii et sociorum mart. (V. 4*v; M. 291-91v).

Epitome Passionis editae *Act. SS.*, ad d. 22 iun., t. IV, p. 182 sqq.

Historia inventionis reliquiarum ad divi Hippolyti in Austria (V. 411-12v).

PEZ, *Scr. rer. austriac.*, t. I, p. 745-49; cf. *Act. SS.*, ad d. 19 iun., t. III, p. 850-52.

Auctoritates de obitu B. V. Mariae (H. 317-21).

Inter has notare iuverit fol. 318: *Auctoritas Germani Constantinopolitanae ecclesiae episcopi.* Inc.: *Quin et Germanus Constantinopolitanus...*; fol. 318-8v: *Auctoritas de historia Eutimiaca.* Inc.: *Tertius historiae liber hoc habet Eutimiacae;* fol. 318v: *Quid dixerit Cosmas Vestitor cognomento dictus de obitu sanctae Mariae.* Inc.: *Est omittendum, non aestimo, sed referendum.*

Hymni de B. V. Maria (H. 321-27v).

Numeris suis designamus eos, qui in *Repertorio hymnologico* U. CHEVALIER v. cl. recensiti sunt; ceteros litteris ordine signamus et initium infra describimus.

a, — *Repert. hymn.* 1879, — b, — 1764, 1707, 2045, 2036, 2034, 2125, — c, — d, — 16, 1181, 3694, 3783, 2659, 3413, 3391, — e, — 5550, 5188, 6420, 6830, 6871, 6831, 7945, 7494, 8487, 9458, 8754, 10012, 11636, 11359, 11890, — f, — 14110, 14048, 15206, 15177, 15178, 15617, — g, — 17176, 17033, 19504, 18133, 19386, 18078, 18082, 18207, 18127, 17639, 18051, — h, — 18375, 17785, 21791, 21684, 21122.

a *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* | *Gratiam filii tui quam merito amisimus...*

b *Ave Dei genetrix, caelestium terrestrium et infernorum Domina.* | *Tu suavis universis...*

c *Ave sponsa principalis,* | *ave mater virginalis,* | *salve...*

IULIUS

Praefatio[1] (Wolfh. 65; — H^{18}. 1; L^{60}. 1; M^{M6}. 1).

Pez, *Thes. anecd.*, t. VI, col. 92 (ex M); Migne, *P. L.*, t. CXXIX, col. 895-896 (ex Pezio).

1. S. Senani ep. (H. 1-4; L. 1-6; M. 1-7v).

Retractatio Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 8 mart., t. I, p. 764-68. : Inc. : *Cum beatissimus Patricius Hiberniensium apostolus praedicaret in partibus Muminensium, quae est celebrior et inter quinque partes Hiberniae...* Des. *Auxerunt et augent hanc credulitatem innumera beneficia... ad sepulcrum eius et ubilibet ad memoriam eius usque hodie impensa; quae quia nostra tenuitas explicare non valet, Spiritui sancto committere debet.* Omittitur nimirum narratio miraculorum quae relata sunt *Act. SS.*, l. c., num. 52 sqq.

S. Carilefi presb. (Wolfh. 65v-66; — H. 4-4v; L. 6-6v; M. 7v-8).

Vide supra, p. 15.

2. *SS. Processi et Martiniani mart. (H. 4v-5; L. 6v-7v; M. 8-9v).

Mombritius, t. II, fol. 220v-21v.

[1] Prefatio libri septimi mensis *Wolfh.*; Pref. in iulium H. M; *nullum lemma in* L.

---

d *Ave stella matutina, | plena gratia divina, | ave...*

e *Candor surgens ut aurora | solvit chaos*[1] *absque mora | noctis et caligine | ...*

f *Orbis*[2] *ab aeterno coepit consistere Verbo, | dum capit...*

g *Quem vere virgo verum genuit hominem, vera parens parit...*

h *Secretorum conscius | patris summi nuntius | ad Mariam...*

Vita S. Hildegundis metrica (Z. 308-8v).

Ed. ex hoc cod. in *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. VI, p. 533-36.

De corporali assumptione Dominae nostrae (Z. 308v).

Inc. *In anno, quo mihi annuntiabatur liber...* Des. *toto illius anni spatio nihil de hoc.*

Servitia quae ministrantur conventui in Zwetl (Z. 308v-9).

Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen, 1849, t. I, p. 371-76.

Isti sunt libri pertinentes ad claustrum Sanctae Mariae in Zwetel (Z. 309v).

Xenia Bernardina, part. III, p. 187-88. Errat Gottlieb, *Ueber Mittelalterliche Bibliotheken*, p. 84, num. 224, cum asserit ex hoc codice 24 desumptum esse catalogum de quo h. l. agit; is enim ex codice 84 desumptus est.

[1] *sequebatur vox* pulsa, *quae erasa est.* — [2] *cod.* urbis.

3. S. Leonis II papae (H. 5; L. 7v; M. 9v; — Wolfh. 66v-67).
Ex *Libro pontificali*. Ed. DUCHESNE, t. I, p. 359-60.
S. Gregorii ep. Caesariensis (Wolfh. 66v; — H. 5; L. 7v-8; M. 9v).
Ex Adone ad h. d. In H. L. M. desinit: *editam dereliquit*.
4. *S. Oudalrici ep. Augustani (H. 5v-10; L. 8-16; M. 9v-20).
Auctore Bernone. Ed. I.-A. SCHMELLER, *St. Ulrichs Leben lateinisch beschrieben durch Berno von Reichenau* (München, 1844), p. 3-66. Praefixus est prologus ed. *MG.*, Scr. t. IV, p. 381-82.
5. S. Willehelmi ab. Hirsaugiensis (H. 10-14v; L. 16-22v; M. 20-29v).
Auctore Haimone. Ed. ex H. M. in *MG.*, Scr. t. XII, p. 211-25.
6. *S. Goaris conf. (H. 14v-16; L. 22v-24v; M. 29v-33v; — Wolfh. 69-69v).
Act. SS., ad h. d. iul., t. II, p. 333-37.
7. *S. Willibaldi ep. Eichstetensis (H. 16v-17v; L. 24v-26v; M. 33v-36v; — Wolfh. 69v).
CANISIUS, *Thes. monum.*, ed. BASNAGE, t. III, 1, p. 16-19.
8. *S. Kiliani et sociorum eius mart. (H. 17v-19v; L. 26v-29; M. 36v-40).
Ibid., p. 174-79., *Act. SS.*, ad h. d. iul., t. II, p. 614-18; EMMERICH (FR.), *Der hl. Kilian*, p. 3-10.
S. Procopii mart. (H. 19v-20; L. 29-29v; M. 40-41v).
Epitome Actorum quae edita sunt in *Act. SS.*, l. c., p. 556-76.
9. S. Agathonis conf. (H. 20; L. 29v-30; M. 41v-42).
MIGNE, *P. L.*, t. LXXIII, col. 751-52, c. 21.
10. *S. Felicitatis et septem filiorum eius (H. 20-20v; L. 30-30v; M. 42-42v).
Act. SS., ad h. d. iul., t. III, p. 12-13.
*SS. Rufinae et Secundae virg. et mart. (H. 20v-21; L. 30v-31v; M. 43-44).
Ibid., p. 30-31.
**SS. Felicis et Naboris mart. (H. 21v-22; L. 31v-32; M. 44-46).
Ibid., ad d. 12, p. 292-94.
11. ** « Translatio S. Benedicti ab. » (H. 22; L. 32v-33; M. 46-47).
Ibid., Mart. t. III, p. 302-4, num. 1-9.
*S. Hildulfi ep. Treverensis (H. 22-23v; L. 33-34v; M. 47-49v).
Ibid., ad h. d. iul., t. III, p. 221-24. Omissa sunt ultima pars num. 6 (*Siquidem reputabat*...), num. 7, et initium num. 8 usque ad *libentissime collaboravit*.
12. *S. Margaretae virg. et mart. (H. 23v-25; L. 34v-37; M. 49v-54).
MOMBRITIUS, t. II, fol. 103v-7.

S. Hermagorae ep. Aquilegiensis (H. 25-26v; L. 37-39; M. 54-57).

Act. SS., ad h. d. iul., t. III, p. 251-55.

13. S. Heinrici II imperatoris (H. 26v-33; L. 39-48; M. 57-71v).

Auctore Adalberto. *MG.*, Scr. t. IV, p. 792-814. Om. in fine quattuor versiculi: *Floruit...*

14. S. Phocae ep. Sinopensis et mart. (H. 33-35; L. 48-50v; M. 71v-75v).

Mombritius, t. II, fol. 228-31.

15. S. Marcelli ep. Parisiensis (H. 35-36; L. 50v-52; M. 75v-77v).

Act. SS., ad d. 1 nov., t. I, p. 263-66.

16. S. Iohannis ep. Hagulstadiensis (H. 36-37; L. 52-53v; M. 77v-80).

Bedae *Hist. eccl.*, lib. V, cap. 2-6.

17. S. Alexii conf. (H. 37-38v; L. 53v-55v; M. 80-83v) (1).

Massmann, *S. Alexius Leben* (1843), p. 157-66.

SS. Martyres Scillitani (H. 38v; L. 55v; M. 83v-84).

Anal. Boll., t. VIII, p. 6-8, et J. Armitage Robinson, *Texts and Studies*, t. I, 2, p. 112-6.

18. *S. Materni ep. Mediolanensis (H. 38v-40v; L. 55v-58v; M. 84-88v).

Anonymi Mediolanensis *Lib. hist. eccl. Mediol.*, cap. 21-30. *Act. SS.*, ad h. d. iul., t. IV, p. 364-69; Biragus, *Datiana historia*, p. 70-88.

19. S. Arsenii monachi (H. 40v-42; L. 58v-60; *om.* M.) (2).

Migne, *P. L.*, t. LXXIII, col. 858, num. 3; 860, num. 1; 862, num. 5; 865, num. 2; 888, num. 2; 905, num. 3; 900, num. 27; 910, num. 5; 913, num. 9; 915, num. 18; 1054, num. 3; 955, num. 10; 858, num. 4-7; 865, num. 3-6; 954-55, num. 9, 10.

20. S. Arbogasti ep. Argentoratensis (H. 42-42v; L. 60-61; M. 88v-90v).

Act. SS., ad d. 21 iul., t. V, p. 177-79.

21. **S. Praxedis virg. et mart. (H. 42v-43; L. 61; M. 90v).

Ibid., ad d. 19 mai, t. IV, p. 300, num. 5, 6.

*S. Victoris ep. et mart. (H. 43-44; L. 61-62v; M. 90v-92v).

Anal. Boll., t. II, p. 317-21.

S. Iuliae virg. et mart. (H. 44-44v; L. 62v-63v; M. 92v-94).

Act. SS., ad h. d. iul., t. V, p. 133-34.

22. S. Mariae Magdalenae (H. 44v-5; L. 63v-4; M. 94-95; Z[13]. 221-1v).

De fabula illa, qua de Maria Magdalena narrabant historiam S. Mariae Aegyptiacae, cf. Faillon, *Monuments inédits*, t. II, col. 445 sqq. Sed hic

(1) Add. in M, fol. 83v: *Legendam sancte Simphorose cum septem filiis require in secundo libro, quem ego scripsi de sanctis. Ibi invenies.* Vid. supra ad d. 27 iunii. — (2) Ibid., fol. 88v: *Vita Arsenii habetur in Vitis Patrum. Ideo pro brevitate omisi.*

nonnihil mutata est narrandi ratio. Inc. *Narrat Iosephus quod Maria Magdalena post ascensionem Domini salvatoris nostri pro ardenti caritate et taedio visionis ipsius numquam virum aut hominem voluisset videre, et idcirco in eremum recessit, et ibi triginta annos hominibus incognita permansit...* Des. *Ipsius igitur corpus sanctae mulieris exanime steterat, usque dum ab eodem...*

" Item de S. Maria " (H. 45-46; L. 64-65^v; M. 95-97^v).

FAILLON, t. II, col. 436-46.

Translatio eiusdem (H. 46-46^v; L. 65^v-66^v; M. 97^v-99).

Ibid., col. 745-52. Sub finem habetur varia lectio : *sicque veloci cursu...*, de qua *Anal. Boll.*, t. I, p. 516, 59^a.

Miracula eiusdem (H. 46^v-47^v; L. 66^v-68; M. 99-101).

Inc.: *Miraculorum... - referemus*, omnino ut *Catal. Brux.*, t. I, p. 32, 46^a. Inde : *Apud Arvernensem* (FAILLON, t. II, col. 737) usque ad : *cognoverat liberatum* (col. 738); *Navis erat* (col. 740) usque ad *consecutus est* (col. 742); tum quae edita sunt *Catal. Paris.*, t. II, p. 292-93, II et I; reliqua videsis in appendice XVII.

S. Marthae virg. (H. 47^v-48^v *et* 64^v-65^v; L. 68-71^v; M. 101-7).

MOMBRITIUS, t. II, fol. 126^v-31^v. Desinit in H *potestati laicae quandoque subderetur* (fol. 131, col. 1 med.).

23. S. Apollinaris ep. Ravennatis (H. 48^v-50^v; L. 71^v-74; M. 107-11^v).

Act. SS., ad h. d. iul., t. V, p. 344-50.

24. *S. Christinae virg. et mart. (H. 50^v-52^v; L. 74-77^v; M. 111^v-16^v).

Propius accedit ad textum ed. apud L. BOGLINO, *Palermo e santa Cristina* (1881), p. 164-70.

25. *S. Iacobi maioris apost. (H. 52^v-53^v; L. 77^v-79; M. 116^v-19).

MOMBRITIUS, t. II, fol. 18^v-20.

Translatio S. Iacobi (H. 53^v-54^v; L. 79-80; M. 119-21).

Catal. Brux., t. I, p. 66-69.

*S. Christophori mart. (H. 54^v-55^v; L. 80-81^v; M. 121-23; — Wolfh. 74^v-75).

Act. SS., ad h. d. iul., t. VI, p. 146-49. Inc. *Tempore illo quo Dagnus in civitate Samon regnum tenebat...*

S. Cucufatis mart. (H. 55^v-56^v; L. 81^v-83; M. 123-26).

SURIUS, ad h. d. Omissum est cap. 11.

26. S. Liborii ep. Cenomannensis (H. 56^v-57; L. 83-84; M. 126-27).

Act. SS., ad d. 23 iul., t. V, p. 489 sqq., scil. prima pars num. 6 (usque ad *praeceptor ingereret*); num. 8, omissa tamen secunda sententia (*Nec dubium - magnitudo*); prima pars num. 11 (usque ad *discere et exercere valerent*); num. 16-18.

27. S. Foillani abb. (H. 57-57^v; L. 84-84^v; M. 127-28).

Catal. Paris., t. I, p. 195-96.

28. S. Pantaleonis mart. (H. 57v-59v; L. 84v-87v; M. 128-33; — Wolfh. 75v).

Mombritius, t. II, fol. 191-94.

Miracula eiusdem (H. 59v-61v; L. 87v-90v; M. 133-37v).

Inedita. Vide appendicem XVIII.

**SS. Nazarii et Celsi mart. (H. 61v-62; L. 90v-91v; M. 137v-39v).

Catal. Brux., t. I, p. 50-54. Desinit: *Theodosio imperatore* (p. 54, lin. 13).

Inventio capitis S. Nazarii (H. 62; L. 91v-92; M. 139v).

Ex Vita S. Ambrosii auctore Paulino. *Act. SS.*, ad h. d. iul., t. VI, p. 305, num. 10, 11. Desinit: *mori lucrum*.

29. *SS. Simplicii, Faustini et Beatricis mart. (H. 62-62v; L. 92; M. 139v-40).

Ibid., ad h. d. iul., t. VII, p. 36.

*S. Felicis papae et mart. (H. 62v; L. 92-92v; M. 140-40v).

Mombritius, t. II, fol. 306v-7.

30. *SS. Abdon et Sennes mart. (H. 62v-63v; L. 92v-93v; M. 140v-43).

Act. SS., ad h. d. iul., t. VII, p. 137-38. Praemissa est Passio S. Polycronii (Mombritius, t. II, fol. 213-13v) et inserta Passio SS. Olympiadis et Maximi (*Act. SS.*, Apr. t. II, p. 375, num. 2-4).

*SS. Maximae, Donatillae et Secundae mart. (Wolfh. 76; — H. 63v-64; L. 93v-94; M. 143-43v).

Ex Adone ad h. d.

31. *SS. Felicis, Irenaei et Mustiolae (H. 64-64v; L. 94-94v; M. 143v-144v).

Act. SS., ad d. 3 iul., t. I, p. 640-41.

AUGUSTUS

Praefatio [1] (Wolfh. 76v; — H. 65v; L. 94v; M. 146).

Pez, *Thes. anecd.*, t. VI, col. 91*bis* (ex M); Migne, *P. L.*, t. CXXIX, col. 896 (ex Pezio).

1. *Ad vincula S. Petri (H. 65v-66v; L. 94v-96v; M. 146-48v).

Textus qui legitur in cod. Parisino 5278. Cf. *Catal. Paris.*, t. I, p. 470, 67°.

*SS. septem Machabaeorum (H. 66v-69v; L. 96v-101v; M. 148v-157).

Narratio de qua in nostro *Catal. Paris.*, t. I, p. 575, 66°; p. 588, 26°.

S. Felicis mart. (H. 69v-70v; L. 101v-2v; M. 157-58v).

Act. SS., ad h. d. aug., t. I, p. 26-38. Incipit ut in cod. Bruxellensi 98 (cf. *Catal. Brux.*, t. I, p. 34, 61°); desinit autem in prima sententia num. 11.

1 Praefatio libri octavi *Wolfh.*; Pref. in augustum H. L. M.

S. Eusebii ep. Vercellensis (H. 70^{v}-73^{v}; L. 102^{v}-7^{v}; M. 158^{v}-66).

UGHELLI, *Italia sacra*, t. IV, col. 749-61.

*S. Sophiae et filiarum eius (H. 73^{v}-74^{v}; L. 107^{v}-8^{v}; M. 166-68^{v}; — Wolfh. 65-65^{v} *ad d. 1 iul.*).

In supplemento ad *Legendam auream*, ed. Coloniae, 1483, fol. 443-44.

2. *S. Stephani papae et mart. (H. 74^{v}-76; L. 108^{v}-11; M. 168^{v}-72).

Act. SS., ad h. d. aug., t. I, p. 139-44.

*S. Theodotae mart. cum tribus filiis (H. 76-77; L. 111-12^{v}; M. 172-75).

Ex Actis S. Anastasiae. *Bibl. Casin.*, t. III, floril. p. 179 sqq. Desinit : *Passa est autem in provincia Bithyniae apud urbem Niceam cum tribus filiis suis sancta Theodota* (p. 183, col. 1, lin. 18).

3. *Inventio S. Stephani protomart. (H. 77-77^{v}; L. 113-14^{v}; M. 175-177^{v}).

Epistula Luciani. MIGNE, *P. L.*, t. XLI, col. 808 sqq.

" Sermo S. Augustini de miraculis S. Stephani " (Wolfh. 123^{v}-4 *ad d. 26 dec.*; — H. 77^{v}-78 *et* 182-83; L. 114^{v} *et* 190^{r}; M. 177^{v}-79).

De civitate Dei, lib. XXII, cap. 8, §§ 10-22 et duae primae sententiae cap. 9. In L nihil praeter §§ 10-18 cap. 8.

4. S. Tertullini mart. (Wolfh. 78^{v}; — H. 78; L. 114^{v}-15; M. 179-79^{v}).

Ex Adone ad h. d.

SS. Florae et Lucillae mart. (H. 78-78^{v}; L. 115-15^{v}; M. 179^{v}-80).

Act. SS., ad d. 29 iul., t. VII, p. 23-24.

5. S. Oswaldi regis (H. 78^{v}-80; L. 115^{v}-18; M. 180^{v}-84^{v}).

Compilata ex Vita auctore Drogone ed. *Act. SS.*, ad h. d. aug., t. II, p. 94-103. In codd. enim legere est vix non ad verbum num. 8, 9, 11, 12, 27-42. Inc: *In laudem et gloriam D. N. I. C., quem adorant omnes angeli...* Des. *et fidelis eius famuli Oswaldi regis gloriam praedicabat.*

S. Cassiani ep. Augustodunensis (H. 80-82; L. 118-21^{v}; M. 184^{v}-190).

Anal. Boll., t. IV, p. 159-66. Om. prologus; verum in ceteris conveniunt codd. cum codice Bruxellensi 7666, de quo ibid. Annexa sunt miracula ed. *Act. SS.*, ad h. d. aug., t. II, p. 66-67, num. 1-14, omissa ultima sententia : *quod et in sequentibus...*

6. S. Sixtus II papae et sociorum eius mart. (H. 82-82^{v}; L. 121^{v}-122^{v}; M. 190-91^{v}).

Act. SS., ad h. d. aug., t. II, p. 140-41, initio ita immutato : *Tempore quo, Galba mortuo, Decius a Babylonia Romam rediit et sanctos martyres Abdon et Sennen subregulos martyrio coronavit, eodem tempore Decius...*

7. *S. Donati ep. Arretini et mart. (H. 82^v-84^v; L. 122^v-25^v; M. 191^v-96^v).

Ed. Buonamicus (P.), *Discorso sopra la vita di S. Donato* (1607), p. 25-37. Om. prologus.

*S. Afrae mart. (H. 84^v-85^v; L. 125^v-27; M. 196^v-99; — Wolfh. 79 *ad d. 5)*.

Act. SS., ad d. 5 aug., t. II, p. 55-58; Br. Krusch in *MG.*, Scr. rer. merov. t. III, p. 55-64.

8. SS. Cyriaci et sociorum eius mart. (H. 85^v-86^v; L. 127-28; M. 199-201).

Ex Actis S. Marcelli papae, num. 10-21. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 7-9.

S. Altmanni Pataviensis ep. (H. 86^v-89^v; L. 128-33^v; M. 201-9^v).

Ed., adhibitis H. L. M., in *MG.*, Scr. t. XII, p. 228-43. Om. prologus.

9. **SS. Firmi et Rustici mart. (H. 89^v-90^v; L. 133^v-35; M. 209^v-11^v).

Act. SS., ad h. d. aug., t. II, p. 419-22, n. 1-9.

10. *S. Laurentii mart. (H. 90^v-91; L. 135-36; M. 211^v-14).

Mombritius, t. II, fol. 50-52.

11. S. Tiburtii mart. (Wolfh. 82^v-83; — H. 91-91^v; L. 136-37; M. 214-15).

Ex Adone ad h. d.

*S. Susannae virg. et mart. (H. 91^v-93^v; L. 137-39^v; M. 215-19^v).

Prior pars ed. *Act. SS.*, ad d. 18 febr., t. III, p. 61-64; altera pars ibid., ad h. d. aug., t. II, p. 631-32.

12. *S. Eupli mart. (H. 93^v; L. 139^v-40; M. 219^v-20).

Mombritius, t. I, fol. 252^v-53.

13. *S. Hippolyti mart. (H. 93^v-94^v; L. 140-41; M. 220-21^v).

Ibid., t. II, fol. 14-15.

*S. Cassiani mart. (H. 94^v; L. 141-41^v; M. 222-22^v; — Wolfh. 79^v *ad d. 5)*.

Ibid., t. I, fol. 157^v-58.

*S. Wigberti presb. (H. 94^v-96; L. 141^v-44; M. 222^v-26).

Auctore Servato Lupo. *Act. SS.*, ad h. d. aug., t. III, p. 133-37; O. Holder Egger, in *MG.*, Scr. t. XV, p. 37-43.

**S. Radegundis reginae (H. 96-97^v; L. 144-46; M. 226-29^v).

Ex Vita auctore Fortunato. *Act. SS.*, ad h. d., p. 67 sqq. num. 2-23, 33-35; *MG.*, Scr. rer. merov. t. II, p. 365-76, cap. 2-28 init., 37-39.

14. *S. Eusebii presb. (H. 97^v; L. 146-46^v; M. 230).

Mombritius, t. I, fol. 258-58^v.

15. In assumptione S. Mariae (H. 97^v-103; L. 146^v-52^v; *om.* M.).

Epistula Hieronymi ad Eustochium. *P. L.*, t. XXX, col. 122 sqq.

Item de assumptione (H. 103-6v; L. 152v-56; M. 230-36).

Inc. *Quae est ista, quae ascendit quasi aurora consurgens*... Des. *Nam tuus filius tibi te honorans nil negare poterit*...

16. *S. Arnulfi ep. Mettensis (H. 106v-9; L. 156-58v; M. 236-40; — Wolfh. 72-72v *ad d. 18 iul.)*.

Act. SS., ad d. 18 iul., t. IV, p. 435-40; *MG.*, Scr. rer. merov. t. II, p. 432-446. Adest clausula, qua scriptor Chlodulfo auctore Vitam se composuisse fingit (*MG.*, tom. cit., p. 446).

17. *S. Mammetis mart. (H. 109-10v; L. 158v-60; M. 240-42v).

Mombritius, t. II, fol. 69-70.

S. Liberati et sociorum eius (= septem fratrum) (H. 110v-11v; L. 160-61; M. 242v-44).

Auctore Victore Vitensi. *Act. SS.*, ad h. d. aug., t. III, p. 455-57.

18. *S. Agapiti mart. (H. 111v; L. 161-62; M. 244v-46) (1).

Mombritius, t. I, fol. 14v-16.

19. *S. Magni ep. Tranensis (H. 113-14v; L. 162-63v; M. 246-49).

Act. SS., ad h. d., t. III, p. 713-16. Sed versus finem discrepat textus noster ab editis, nec convenit cum his quae ibid., p. 707, num. 32, 33 notata sunt; tradit enim multo maiora tunc acta esse prodigia. Tandem des.: *Veniens autem Paternus, servus domini nostri Iesu Christi, collegit corpus beati episcopi et martyris Magni, et involvit illud linteis mundis cum aromatibus, et honore condigno sepelivit in marmorea theca, tali desuper scripto titulo:* Hic requiescit gloriosus martyr et insignis praesul meritis et nomine Magnus. *Historiam quoque passionis eius et vitae ad pedes illius posuit. Passus est autem beatissimus martyr Magnus XIIII kal. sept., regnante D. N. I. C., cui est honor*...

S. Stephani regis Ungarorum (H. 114v-18v; L. 163v-67v; M. 249-56).

Legenda maior et minor ed. ex H. ab Endlicher, *Rer. Hungar. monum. Arpadiana* (1849), p. 139-62, et adhibitis H. M. a Wattenbach, *MG.*, Scr. t. XI, p. 226 sqq.

20. S. Bernardi Claravallensis ab. (H. 118v-58; *om.* L.; M. 256-317).

Act. SS., ad h. d. aug., t. IV, p. 256-326, num. 1-270. Om. ante librum III praefatio Gaufridi.

21. S. Privati ep. et mart. (H. 158-58v; L. 167v-68; M. 317-17v).

Ibid., ad h. d. aug., p. 439-40. Nonnulla subinde omissa sunt, et desinit Passio sub init. num. 10: *ad gloriam sibi debitam commigravit.* Subiectae sunt quaedam annuntiationes martyrologicae ex Wolfhardi martyrologio desumptae.

(1) Folium 112 in H excisum est; unde deficit ultima pars Passionis Agapiti et initium Vitae Magni.

22. *S. Symphoriani Augustodunensis mart. (H. 158v-59v; L. 168-69; M. 318-19).

Ibid., ad h. d., p. 496-97. Om. ea quae num. 10 uncis inclusa sunt.

23. SS. Timothei et Apollinaris mart. (H. 159v-60v; L. 169-69v; M. 319-20v).

Ibid., ad h. d., p. 578-79, sed secundum recensionem de qua *Catal. Brux.*, t. I, p. 40, 84°, nisi quod om. quattuor priora verba num. 1 *(Agente Lampadio praeside in)*. Praemissa est annuntiatio eorundem sanctorum ex Adone, quam legendarii collector in W legere potuit.

SS. Claudii, Asterii, Neonis et sociorum (Wolfh. 86; — H. 160v-161; L. 169v-70; M. 320v-21).

Epitome Passionis ed. *Act. SS.*, ad h. d. aug., t. IV, p. 571-72, servatis plerumque iisdem verbis. In H. L. M. subiectae sunt reliquae annuntiationes martyrologicae quae leguntur in W ad h. d.

24. *S. Bartholomaei apost. (H. 161-63; L. 170-72; M. 321-24).

Auctore Pseudo-Abdia. *Act. SS.*, ad d. 25 aug., t. V, p. 34-38.

Translatio S. Bartholomaei apost. (H. 163-65; L. 172-74; M. 324-27v).

Sermo S. Theodori Studitae, latine translatus ab Anastasio Bibliothecario. Migne, *P. L.*, t. CXXIX, col. 729-38, seu potius *Act. SS.*, t. c., p. 39-42, num. 1-16. Omissa est nempe pars praefationis.

25. *S. Genesii mart. (H. 165-65v; L. 174-74v; M. 327v-28v).

Mombritius, t. I, fol. 333-33v.

S. Pontiani mart. (H. 165v-66v; L. 174v-75; M. 328v-29v).

Act. SS., ad h. d. aug., t. V, p. 115-16.]

26. *S. Alexandri mart. (H. 166v-67; L. 175v-76; M. 329v-30v).

Mombritius, t. I, fol. 24-24v.

27. S. Rufi mart. (Wolfh. 87v-88; — H. 167; L. 176; M. 330v-31).

Ex Adone ad h. d. Sequuntur in H. L. M. reliquae annuntiationes ex W (= ex Adone).

* De duobus pueris, scilicet SS. Iusto et Pastore (Wolfh. 86v *ad d. 25;* H. 167-67v; L. 176; M. 331).

Servatis fere verbis iisdem, excerptum ex Passione ed. *Act. SS.*, ad d. 6 aug., t. II, p. 154.

28. S. Hermetis mart. (Wolfh. 88; — H. 167v; L. 176-76v; M. 331-31v).

Ex Adone ad h. d.

S. Pelagii mart. (H. 167v-68v; L. 176v-77; M. 331v-33).

Act. SS., ad h. d. aug., t. VI, p. 161-63. Nonnulla subinde omissa sunt.

*S. Augustini Hipponensis ep. (H. 168v-76v; L. 177v-85; M. 333-45).

Auctore Possidio. Ibid., p. 427-40.

29. Inventio capitis S. Iohannis Baptistae (H. 176v-79; L. 185-87; M. 345-48v).

Act. SS., ad d. 24 iun., t. IV, p. 716-18, num. 113-18; p. 724-28, num. 144-57.

S. Sabinae virg. et mart. (H. 179; L. 187-87v; M. 348v-49).

Ibid., ad h. d. aug., t. VI, p. 503-4, num. 12-15.

30. SS. Felicis et Adaucti mart. (Wolfh. 89-89v; — H. 179-79v; L. 187v; M. 349-49v).

Ex Adone ad h. d.

31. S. Aidani ep. Lindisfarnensis (H. 179v-80; L. 187v-88; M. 349v-350v).

Ex Beda, ea nempe quae leguntur *Act. SS.*, ad h. d. aug., t. VI, p. 691-93, num. 23, 24, 21, 22, 25, 26, 28, 29.

S. Galli ep. Arvernensis (H. 180-82; L. 188v-90; M. 350v-53).

Gregorii Turonensis, *Vit. Patrum*, cap. 6. Ed. Krusch, p. 679-86.

SEPTEMBER

Praefatio[1] (Wolfh. 90; — H. 183; L. 190; M^{M7}. 1v).

Pez, *Thes. anecd.*, t. VI, col. 91*bis* (ex M); Migne, *P. L.*, t. CXXIX, col. 896 (ex Pezio).

1. *S. Aegidii abb. (H. 183-85; L. 190-92; M. 1v-4v).

Act. SS., ad h. d. sept., t. I, p. 299-303. Om. prol.

S. Verenae virg. et mart. (H. 185-86v; L. 192-93v; M. 4v-6v).

Ibid., p. 164-67, nonnullis sententiis subinde omissis.

2. *S. Antonini mart. Apameensis (H. 186-88v; L. 193-95v; M. 6v-8v).

Labbe, *Nova Bibl.*, t. I, p. 685-89. Additi sunt versiculi qui inc.: *Germine conspicuo primis natalibus ortus...*

3. **S. Serapiae virg. et mart. (H. 188v-90; L. 195v-96v; M. 9v-11).

Act. SS., ad d. 29 aug., t. VI, p. 500-3, num. 1-10.

4. S. Sixti ep. Remensis et soc. (H. 190-91; L. 196v-98; M. 13v-15v).

Ibid., ad d. 1 sept., t. I, p. 125-27. Om. prologus, seu incipit textus ab ultima sententia num. 1.

[1] Incipit prefatio libri VIIII. *Wolfh.*; Pref. in septembrem H. L. M.

In M^{M6}, fol. 353-55v, legitur altera pars opusculi Christophori Lieb, de quo infra ad calcem octobris. Recensentur nempe secundum ordinem alphabeti: 1) abbates O. S. B. canonisati; 2) principes O. S. B. monachi, scilicet a) imperatores, b) principes, c) comites; 3) monachi simplices O. S. B. canonisati; 4) martyres O. S. B.; 5) quidam alii sancti O. S. B.; 6) abbatissae et sanctimoniales O. S. B.

5. *SS. Victorini et Severini mart. (H. 191-92; L. 198-99; M. 13v-15v).

Ibid., ad d. 8 ian., t. I, p. 500-1.

6. *S. Magni conf. (H. 192-99v; L. 199-206v; M. 15v-27).

Ibid., ad h. d. sept., t. II, p. 735-58.

7. S. Clodoaldi presb. (H. 199v-200; L. 206; M. 27-27v).

Vita quae inc.: *Beatissimi Clodoaldi vitam scripturus*, de qua v. cl. Br. Krusch in *MG.*, Scr. rer. merov. t. II, p. 349. Verum des.: *plenus virtutibus migravit ad Dominum. Noviente villa Parisiacae suburbano depositus requiescit.*

8. Sermo in nativitate B. V. Mariae (H. 200-1v; L. 206v-8v; M. 28-30v).

Inc.: *Audite me divini fructus et in caelis et in terris...* Des.: *Infunde nobis lucem miserationum tuarum, ut per te...*

Item alius sermo (H. 201v-3; L. 208v-10v; M. 30v-33).

Inc.: *Apparuit Rebecca veniens cum hydria quam portabat...* Des.: *Itaque, dilectissimi, hac in die nativitatis sanctissimae virginis habetote septem hos puteos...*

*S. Adriani mart. (H. 203-6; L. 210v-13; M. 33-38).

Mombritius, t. I, fol. 7v-12.

*S. Corbiniani ep. Frisingensis (H. 206-11; L. 213v-18v; M. 38-46).

Act. SS., ad d. h. sept., t. III, p. 281-95.

« Liber sacramentorum expositus a venerabili Brunone episcopo, magnae auctoritatis viro » (H. 211-14; L. 218v-22; M. 46-51).

Brunonis nempe Astensis, Signiensis episcopi. Migne, *P. L.*, t. CLXV, col. 1089-1110. Om. caput ultimum *de consecrationibus episcopornm*.

9. SS. Gorgonii et Dorothei mart. (H. 214v-15v; L. 222-23; M. 51v-53).

Act. SS., ad h. d. sept., t. III, 340-42.

10. S. Salvii ep. Albigensis (H. 215v-16; L. 223-23v; M. 54-55).

Gregorii Turonensis, *Hist. Francorum*, lib. VII, cap. 1 usque ad: *spiritum exalavit* (ed. Arndt, p. 289-92, lin. 10).

---

8. « S. Gorgonii mart. et sociorum eius » (H. 214-14v).

Passio XL martyrum Sebastenorum. *Act. SS.*, ad d. 10 mart., t. II, p. 19 sqq. Abrumpitur textus in med. num. 4, ideo, ut videtur, quod tunc animadvertit amanuensis se errasse.

9. SS. Benedicti et sociorum eius mart. (M. 53-54).

Cosmae Pragensis *Chron. Boemorum*, lib. I, cap. 38. *MG.*, Scr. t. IX, p. 60-61. Om. prima sententia.

11. S. Terentiani mart. (H. 216-17; L. 223v-24v; M. 55-57).

MOMBRITIUS, t. II, fol. 327v-29.

12. SS. Siri et Iventii ep. Ticinensium (H. 217-20; L. 224v-27v; M. 57-62).

PRELINI, *San Siro*, t. I, p. 178-233.

13. " S. Philippi episcopi et Eugeniae filiae eius " (H. 220v-24v; L. 227v-31v; M. 62-69).

Passio S. Eugeniae. MIGNE, *P. L.*, t. LXXIII, col. 605-20.

14. *In exaltatione S. Crucis (H. 224v-25; L. 231v-32v; M. 69-70v).

MOMBRITIUS, t. I, fol. 213v-14v.

*S. Cornelii papae et mart. (H. 225-25v; L. 232v; M. 70v-71).

Ibid., fol. 210-10v.

*S. Cypriani ep. Carthaginensis et martyris (H. 255v-56; L. 232v-233; M. 71-72).

Acta proconsularia. *Act. SS.*, ad h. d. sept., t. IV, p. 332-33.

S. Aurelii ep. Armeni (H. 226-27; L. 233-34; M. 72-74).

Vita inedita. Vid. appendicem XIX.

Translatio eiusdem (H. 227; L. 234; M. 74).

Inedita. Vid. ibid.

15. S. Nicomedis mart. (H. 227; L. 234-43v; M. 74).

Epitome annuntiationum SS. Nicomedis et Valeriani ex Adone ad h. d.; subiectae sunt breves aliae annuntiationes ex Rhabani martyrologio ad h. d., diversae ab his quas exhibet W.

S. Liudmilae virg. et mart. (H. 227-27v; L. 234v-35; M. 74-75).

Fontes rer. Bohem., t. I, p. 140-43; WATTENBACH, *Beitr. zur Gesch. der christl. Kirche in Maehren* (1849), p. 52-54 (ex H).

16. SS. Luciae et Geminiani mart. (H. 227v-29v; L. 235-36v; M. 75-78v).

MOMBRITIUS, t. II, fol. 59-62. Quaedam in fine omissa sunt.

*S. Eufemiae virg. et mart. (H. 229v-32; L. 236-39; M. 78v-82v).

Passio quae initio quidem non male convenit cum textu Mombritiano (t. I, fol. 255v-58), postea vero plus ab ea discrepat.

Inc. *Quinto persecutionis anno Diocletiani imperatoris, Prisco proconsule, in Europa civitate Calcidoniae erat congregatio magna christianorum. In qua civitate erat quidam sophista gentilium nomine Ampellianus...*

Des. *Ubi exuberant beneficia divina et orationes sanctae Euphemiae usque in hodiernum diem. Completum est autem martyrium sanctae Euphemiae in gloriam Dei Christi et in memoriam eius gloriae, ita ut cognita sit commemoratio beatae Euphemiae et veneratio confessionis eius et certaminis, quae facta est mense septembrio, XVI kal. octobris, habente dies Prisco proconsule Europae. Omnes ergo qui pro nomine Iesu martyrium*

sanctae Euphemiae complemus, glorificemus Deum Patrem et Iesum Christum cum Spiritu sancto, ut precibus sanctae martyris inveniamur partem habere cum illa in saecula saeculorum. Amen.

17. *S. Lamberti ep. Traiectensis (H. 232-35; L. 239-42; M. 82^{v}-89).

Auctore Stephano. *Act. SS.*, ad h. d. sept., t. V, p. 581-88.

De miraculis ipsius (H. 235-36; L. 242-43; M. 89-90).

Ibid., p. 579-80, num. 22-33; verum num. 22 et 23 paucis contracti sunt, et in ceteris stilus paululum subinde est mutatus.

18. SS. Euphemiae, Dorotheae, Theclae et Erasmae virg. et mart. (H. 236-37^{v}; L. 243-44^{v}; M. 90-93^{v}).

Passio, de qua actum est paucis *Act. SS.*, ad d. 3 sept., t. I, p. 608, num. 17. Inc. *Regnante Nerone in urbe Roma et Sevasto praeside residente in urbe Aquilegiae*... Des. *Et coepit christianorum numerus crescere ita ut tres partes*... *Passae sunt autem*...

19. S. Ianuarii ep. Beneventani et sociorum mart. (Wolfh. 96; — H. 237^{v}-38; L. 244^{v}; M. 94).

Ex Adone ad h. d.

S. Quintiani ep. Arvernensis (H. 238-38^{v}; L. 244^{v}-45^{v}; M. 94-95^{v}).

Gregorii Turonensis *Vit. Patrum*, cap. 4. Ed. Krusch, p. 673-77.

20. S. Luxorii mart. (H. 238^{v}-39; L. 245^{v}-46; M. 95^{v}-96^{v}).

Act. SS., ad d. 21 aug., t. IV, p. 416-17.

21. *S. Matthaei apost. (H. 239^{v}-41; L. 246-48; M. 96^{v}-100; — Wolfh. 97-97^{v}).

Mombritius, t. II, fol. 140^{v}-44. Om. prologus, aliquot passim sententiae et ultima paragraphus.

22. S. Mauritii et sociorum eius mart. (H. 241-42^{v}; L. 248-49; M. 100-2^{v}).

Surius, ad h. d. Om. cap. 10 et 12. Sed cf. infra.

De virtutibus et miraculis eorundem (H. 242^{v}-43; L. 249-50; M. 102^{v}-4).

Ibid., cap. 12 usque ad : *virtus Domini operatur*; tum cap. 10; dein Gregorii Turonensis *In gloria mart.*, cap. 74, 75 usque ad : *cognovi presbytero* (ed. Krusch, p. 537-39, lin. 6); tandem reliqua pars cap. 12 apud Surium.

*S. Emmerammi ep. Ratisponensis et mart. (H. 243-46^{v}; L. 250-53; M. 104-9^{v}).

Act. SS., ad h. d. sept., t. VI, p. 488-94.

23. « Resurrectio Dei genetricis Mariae » (H. 246-47; L. 253-53^{v}; M. 110-11^{v}).

Inc. *Hodie gloriosa et intemerata virgo beata Dei genetrix Maria de*

morte temporali... Des. *Quomodo autem et per quam personam hoc revelatum fuerit, tempus est aperire, et sic sermonem hunc tandem finire*

Visio Elisabeth Schonaugiensis (H. 247-47^v; L. 254; M. 111^v-12^v).

Revelationes SS. virginum Hildegardis et Elizabethae Schoenaugiensis (1628), p. 204-5; cf. *Act. SS.*, Iun. t. III, p. 635, num. 110. Praemissus est PROLOGUS DE VISIONE. *Fuit moderno tempore, in anno videlicet dominicae incarnationis 1056, quaedam sanctimonialis in coenobio, quod vocatur Schonaugia. De cuius mirabilibus, quae per eum ostendit Deus et dixit, loci huius non est enarrare... Huius visionem super hac gloriosa festivitate verbis ipsius, et non nostris, placuit hic subtexere.*

De Origene (H. 247^v; L. 254^v-54^v; M. 112^v).

Inc. *Digneris, obsecro, domina mea, aliquid revelare mihi de magno illo doctore ecclesiae Origene... Ad haec mihi in hunc modum respondit: Non est voluntas Domini ut multum tibi de hoc reveletur...* Des. *Quicquid ipsa* (nempe B. V. Maria) *in novissimo die de ipso fieri voluerit, fiat.* Vid. etiam supra ad d. 27 mai.

24. S. Theclae virg. et mart. (H. 247^v-49^v; L. 254^v-56; *om.* M; — Wolfh. 29 *ad d. 25 febr.*).

MOMBRITIUS, t. II, fol. 309-12. Inc. *Tecla quaedam virgo Theocliae filia* (ibid., fol. 309^v, col. 2 sub init.).

SS. Andochii, Benigni et Thyrsi mart. (H. 249^v-50; L. 256-57; M. 113-15).

Act. SS., ad h. d. sept., t. VI, p. 675-77.

25. *S. Lupi ep. Senonensis (H. 250-52; L. 257-58^v; M. 115-18).

Ibid., ad d. 1 sept., t. I, p. 255-65.

26. " *Confessio S. Cypriani ep. „ (H. 252-55; L. 258^v-61^v; M. 118-123^v).

MARTENE, *Thes. anecd.*, t. III, col. 1629-46.

" *Passio S. Cypriani ep. et S. Iustinae virg. et mart. „ (H. 255-256^v; L. 261^v-63; M. 123^v-27).

Prior pars ed. *Act. SS.*, ad h. d. sept., t. VII, p. 217-19; altera apud MARTENE, tom. cit., col. 1645-50.

27. *SS. Cosmae et Damiani mart. (H. 256^v-58; L. 263-64; M. 127-129^v).

Act. SS., ad h. d. sept., t. VII, p. 474-78. Verum pro num. 1 descriptus est num. 1 Passionis tertiae ed. ibid., p. 473.

28. S. Wenceslai ducis et mart. (H. 258-59; L. 264-65^v; M. 129^v-31^v).

Scr. rer. Bohem., t. I, p. 183-90. Desinit: *dimiserunt eum* (p. 189 versus finem).

S. Tiemonis Iuvavensis ep. (H. 259-61; L. 265^v-67^v; M. 131^v-36).

Ed. ope H. L. M. in *Recueil des hist. des croisades*, Hist. occidentaux, t. V, p. 207-14.

*S. Leobae abbatissae (H. 261-65; L. 267^v-71^v; M. 136^v-43).

Auctore Rudolfo. *Act. SS.*, ad h. d. sept., t. VII, p. 760-68; *MG.*, Scr. t. XV, p. 121-31.

29. *Memoria S. Michaelis archangeli (H. 265-66; L. 271^v-72; M. 143-44^v).

Apparitio et dedicatio ecclesiae in monte Gargano. *Act. SS.*, ad h. d. sept., t. VIII, p. 61-62.

30. S. Hieronymi presb. (H. 266-66^v; L. 272-74; M. 144^v-48).

Migne, *P. L.*, t. XXII, col. 201-14. In H. desinit mutila : *quia sicut non valet mentiri, quia veritas* (col. 208 extr.).

OCTOBER

Praefatio [1] (Wolfh. 101; — Z^{14}. 4; M. 149).

Pez, *Thes. anecd.*, t. VI, col. 91*bis* (ex M); Migne, *P. L.*, t. CXXIX, col. 896 (ex Pezio).

1. *S. Remigii Remensis ep. (Z. 4-12^v; M. 149-67^v).

Auctore Hincmaro. Br. Krusch, in *MG.*, Scr. rer. merov. t. III, p. 250-326, cap. 1-29.

*S. Nicetii Treverensis ep. (Z. 12^v-14; M. 167^v-70).

Gregorii Turonensis *Vit. Patrum*, cap. 17, et *In gloria confessorum* cap. 92. Ed. Krusch, pp. 727-33 et 807.

S. Germani Autisiodorensis ep. (Z. 14-15; M. 170-72).

Act. SS., Iul. t. VII, p. 202 sqq., cap. 1, 9-16, 38, 39, 50 (breviter contractum), 54, 55 (altera pars), 61 (breviter contractum). Cf. ad d. 28 mai.

*S. Vedasti Atrebatensis ep. (Z. 15-17; M. 172-77^v).

Auctore Alcuino. Br. Krusch, *MG.*, Scr. rer. merov. t. III, p. 416-29, omisso nempe primo prologo.

2. *S. Leodegarii Augustodunensis ep. (Z. 17-21; M. 177^v-87).

Act. SS., ad h. d. oct., t. I, p. 463 sqq. Des. : *latuit absconsum* (num. 58, lin. 2).

[1] Incipit prefatio libri X *Wolfh.*; Pref. in octobrem Z. M.

---

30. S. Altmanni Pataviensis ep. (L. 274-79^v).

Auctore Ruperto. Ed., adhibito hoc cod., Hier. Pez, *Scr. rer. austriac.*, t. I, col. 138-62.

Ante* 1 *oct. Sermo B. Leonis papae de fide catholica (Z. 2-3^v).

Migne, *P.L.*, t. LIV, col. 404 sqq.

3. SS. duorum Ewaldorum (Z. 21-21v; M. 187-88).

Bedae *Hist. eccl.*, lib. V, cap. 10 inde ab *Horum secuti exempla...* et lib. IV, cap. 23 (al. 25) paene totum.

4. S. Sulpicii ep. Bituricensis (Z. 21v-23; M. 188v-89v).

Act. SS., ad d. 17 ian., t. II, p. 174-76. Om. prol. et textus in fine contractus est.

5. S. Iustinae virg. et mart. (Z. 23-23v; M. 189v-90).

Ed. ex Z in *Anal. Boll.*, t. X, p. 468-70.

6. *S. Fidis virg. et mart. (Z. 23v-24; M. 198-200).

Act. SS., ad h. d. oct., t. III, p. 288-89. Verum post haec verba : *coronam consecuti* (num. 5 med.), additi sunt numeri 6 et sqq. Passionis S. Caprasii ed. ibid., t. VIII, p. 823 sqq.

« De revelatione praedictae virginis » (Z. 24v-25; M. 200-1).

Ibid., ad h. d., t. III, p. 289-92.

7. *SS Sergii et Bacchi mart. (Z. 25-26v; M. 201-5).

Stilo diversa a Passione ed. ibid., ad h. d., p. 863 sqq. Inc. *In temporibus Maximiani imperatoris tunc quasi stellae quaedam terrestres...* Des. *Ad diem quoque natalis eius bestiae ferocitatem mansuetudini miscentes neminem penitus laedunt. Postquam vero honorem Christi martyri reddunt, ad loca propria revertuntur. Laudes itaque Domino Deo nostro referamus et illius omnipotentiam in sanctis martyribus clarificemus, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.* Cf. nostrum *Catal. Paris.*, t. II, p. 530, 14°.

8. S. Reparatae virg. et mart. (Z. 26v-27; M. 205-6).

Ibid., ad h. d. oct., t. IV, p. 39-40.

*S. Pelagiae paenitentis (Z. 27-28v; M. 206-9).

Auctore Iacobo. Ibid., p. 261-66.

9. SS. Dionysii et sociorum mart. (Z. 28v-37; M. 209-26v).

a) Epistula Hludovici Pii ad Hilduinum. Migne, *P.L.*, t. CIV, col. 1326-28; *b*) rescriptum Hilduini ad Hludovicum. Ibid., t. CVI, col. 13-22; *c*) epistula Hilduini ad cunctos s. ecclesiae filios. Ibid., col. 22-24; *d*) Passio S. Dionysii. Ibid., col. 23-50; *e*) revelatio facta S. Stephano papae. Ibid., t. LXXXIX, col. 1022-23, et *MG.*, Scr. t. XV, p. 2.

*SS. Domnini et sociorum mart. (Z. 37-37v; M. 226v-27v).

Act. SS., ad h. d. oct., t. IV, p. 991-92.

*SS. Gereonis et sociorum mart. (Z. 37v-38v; M. 227v-30).

Auctore Helinando. Ibid., ad d. 10, t. V, p. 36-40.

10. *S. Burchardi ep. Wirziburgensis (Z. 38v-39v; M. 230-31v).

Ibid., ad d. 14, t. VI, p. 573-75; *MG.*, Scr. t. XV, p. 47-50.

---

5. S. Placidi ab. et mart. (M. 190-98).

Auctore Stephano Aniciensi. *Act. SS.*, ad h. d. oct., t. III, p. 139-47.

11. *SS. Tarachi, Probi et Andronici mart. (Wolfh. 39-39ᵛ *ad d. 5 apr.;* — Z. 39ᵛ-40; M. 231ᵛ-32ᵛ).

Epitome Passionis ed. *Act. SS.*, ad h. d. oct., t. V, p. 566 sqq. In W ad h. d., fol. 104, exscriptum est elogium ex Adone.

S. Brunonis archiep. Coloniensis (Z. 40-46; M. 232ᵛ-44).

Auctore Ruotgero. *MG.*, Scr. t. IV, p. 252 sqq. Des.: *confitemini inquiens* (p. 272, lin. 26).

13. S. Colomanni mart. (Z. 46-47; A[23]. 115ᵛ-6; M. 244-47).

Act. SS., ad h. d. oct., t. VI, p. 357-61; Waitz in *MG.*, Scr. t. IV, p. 675-77. In A leguntur dumtaxat num. 2-4, omissa ultima sententia.

14. S. Callisti papae et mart. (Z. 47-48; M. 247-48ᵛ).

Ibid., ad h. d., p. 439-41.

*S. Fortunatae virg. et mart. (Z. 48-49; M. 248ᵛ-52).

Ibid., p. 453-56. Verum pro his quae leguntur inde a num. 12 (*Verum quia secundum evangelii...*), ita nostri codd.: *Reversis autem nautis a Campania, prospere flantibus ventis, venerunt ad Siciliam patriam suam. Divina autem pietas noluit tam pretiosum sanctarum reliquiarum latere thesaurum, sed angelicis spiritibus sedulo caelestes hymnos iuxta tumulum beatorum martyrum personantibus, plurima etiam miracula divino nutu monstrabantur. Nam fons purissimus secus sacrum tumulum erupit. Quo gustato, quicumque aliqua tenebatur infirmitate, ilico convalescebat. Unde factum est ut ille iam locus a plurimis frequentari coepisset, quia in praefato fonte et paralytici curabantur et leprosi loti mundabantur et caeci eadem aqua perfusi illuminabantur. Coeperunt autem omni in nocte iuxta tumulum etiam candelae ardentes videri usque mane. Quo audito, nautae venerunt ad Marcellianum urbis Romae pontificem eique cuncta, ut fecerant, confessi sunt. Qui, convocatis episcopis et presbyteris Campaniae regionis, praecepit basilicam circum sepulcra sanctorum construi martyrum sacrasque reliquias summa cum reverentia venerari ac sublimare decrevit. Quo facto, meritis beatorum martyrum beneficia divina cunctis ad illum locum devote venientibus usque in hodiernum diem largiuntur ad Dei omnipotentis laudem, qui vivit et regnat in saecula saeculorum.*

Sequitur translatio in Augiam ed. *MG.*, Scr. t. XV, p. 473.

16. *S. Lulli archiep. Moguntini (Z. 50-53; M. 252-58ᵛ).

Auctore Lamberto Hersfeldensi. *Act. SS.*, ad h. d. oct., t. VII, p. 1083-90; O. Holder-Egger, *MG.*, Scr. t. XV, p. 135-48. Des.: *sententiam dictaverint* (ibid., p. 147, lin 39); ID. *Lamperti Hersfeldensis opera* (1894), p. 307 sqq.

*S. Galli abb. (Z. 53-58ᵛ; M. 258ᵛ-70).

Auctore Walahfrido. Mabillon, *Acta*, saec. II, p. 228-50.

*Miracula eiusdem (Z. 58ᵛ-63; M. 270-79).

Auctore eodem. Ibid., p. 250-68.

... S. Eulogii conf. (Z. 63-63v; M. 279-80).

Migne, *P. L.*, t. LXXIV, col. 372-75. Inc. *Hic Eulogius scholasticus erat* (col. 372 extr.).

18. S. Lucae evang. (Z. 63v-64v; M. 280-82).

Paucis additis et nonnullis initio omissis, ipsa homilia Pauli Diaconi. Migne, *P. L.*, t. XCV, col. 1530-35. Inc. *Igitur gloriosissimus apostolus et evangelista Domini...* Des. *Hoc autem divina providentia constat actum, ut scilicet per plura deportatis loca...*

19. *S. Ianuarii ep. Beneventani et soc. mart. (Z. 64v-66; M. 282-85).

Inc. *Tempore quo Karus Caesar monarchiam regni romani tenuit, contigit ut gens Persarum dudum subacta Romanis rebellandi tumultus concitasset. Quo comperto, praedictus Caesar, ut in Romanorum gestis scriptum reperitur, coacto in unum exercitu, ad Orientem profectus, res nobiles contra Persas gessit; praelio eos fudit et post victoriam regrediens, super Tigridem castra posuit, et fulmine ibidem interiit, filium Numerianum heredem regni relinquens. Qui statim in initio regni sui Apri generis sui insidiis deceptus interiit. Post cuius mortem Diocletianus ab exercitu substitutus est Caesar, vir obscurissime natus, ita ut quidam dicant eum esse Anulini senatoris libertum, quidam dicant cuiusdam scribae filium. Qui potestate accepta, multa inordinate per totum regnum Romanorum disposuit, maxime tamen contra christianos, quos in tantum persecutus est, ut nullus ante eum in persequendis servis Dei similis inveniretur. Nam per se ipsum necnon et per subiectos ministros tanta crudelitate in eos grassatus est, ut nulla usquam requies cultoribus Dei daretur. Unde contigit ut Timotheum iudicem, qui alio nomine Dracontius dicebatur, in partes Pannoniae mitteret, ut quos ibidem christianos invenisset, diversis poenis consumeret. Factum est autem, ut, dum secundum praeceptum impiissimi Caesaris iudex crudelissimus civitates girasset, ad explenda diabolica machinamenta venisset Nolam, civitatem Campaniae provinciae, et omne sibi iussisset officium praesentari. Quibus praesentibus...* Sequitur Passio ed. *Act. SS.*, Sept. t. VI, p. 866 sqq., inde a lin. 12 num. 1; tum narratio translationis primae ed. ibid., p. 869-70; demum narratio translationis in Augiam ed. ibid., p. 787, num. 121, 122, et *MG.*, Scr. t. XV, p. 473.

... S. Eliphii mart. (Z. 66-67v; M. 285-87v).

Act. SS., ad d. 16 oct., t. VII, p. 812-15.

21. **SS. undecim milium virginum (Z. 67v-69v; M. 287v-91v).

Ibid., ad h. d., t. IX, p. 157-63.

" Nova editio passionis " earundem (Z. 69v-72; M. 292-97).

Kessel, *St. Ursula und ihre Gesellschaft*, p. 206-19.

S. Hilarionis conf. (Z. 72-76; M. 297-303v).

Auctore Hieronymo. *Act. SS.*, ad h. d. oct., t. IX, p. 43 sqq.

... *S. Severi Ravennatis (Z. 76-78; Z. 303v-8).

Ibid., ad d. 1 febr., t. I, p. 82-87.

... S. Iuliani mart. Brivatensis (Z. 78-83v; M. 308-17).

Auctore Gregorio Turonensi. Ed. Krusch, p. 563-86. *Act. SS.*, ad d. 26 aug., t. IV, p. 176-87.

... S. Monegundis virg. (Z. 83v-84v; M. 317-19).

Eiusdem *Vit. Patrum*, cap. 19. Ed. Krusch, p. 736-41. *Act. SS.*, ad d. 2 iul., t. I, p. 313-15.

25. *SS. Crispini et Crispiniani mart. (Z. 84v-85v; M. 319-20v).

Act. SS., ad h. d. oct., t. XI, p 535-37.

S. Miniatis mart. (Z. 85v-87 ; M. 320v-23).

Vide appendicem XX.

26. S. Amandi Traiectensis ep. (Z. 87-89v; M. 323-27).

Auctore Baudemundo. *Act. SS.*, ad d. 6 febr., t. I, p. 848-54.

... SS. Ursi et Leobatii abb. (Z. 89v-90 ; M. 327-28).

Gregorii Turonensis, *Vit. Patrum*, cap. 18. Ed. Krusch, p. 733-35.

28. *SS. apost. Simonis et Iudae (Z. 90-92v; M. 328-32; — Wolfh. 106v-7).

Mombritius, t. II, fol. 294v-98.

29. *S. Narcissi Hierosolymorum ep. (Wolfh. 107 ; — Z. 92v-93 ; M. 332-32v).

Ex Adone ad h. d.

... S. Eulalii monachi (Z. 93; M. 332v).

Migne, *P. L.*, t. LXXIII, col. 756-57, cap. 29.

31. *S. Quintini mart. (Wolfh. 108-8v. — Z. 93-93v; M. 333).

Epitome narrationis primae inventionis S. Quintini; de qua cf. *Act. SS.*, ad h. d. oct., t. XIII, p. 785-86.

*S. Wolfkangi Ratisponensis ep. (Z. 93v-100; M. 333-43v).

Ed., adhibitis Z. M., ibid., Nov. t. II, p. 565-82.

De dignitate et magnificentia ordinis S. Benedicti (M. 343v-47; 348-48v (1).

Opusculum Christophori Lieb, monachi Mellicensis, de quo opusculo vid. Mart. Kropff, *Bibliotheca Mellicensis* (1747), p. 335.

Inc. *Papa Iohannes XXII, qui praefuit sedi apostolicae anno Domini 1317, temporibus Ludowici imperatoris Romanorum et ducis Bavariae, hic S. Benedicti dignitatem considerans praelationis et sanctorum canonisatorum de regula ipsius multitudinem numerans, recensuit numerum ipsius ordinis in libris suorum praedecessorum, et invenit summos ponti-*

(1) Fol. 347v-48 depictus est index Vitarum in hoc volumine contentarum.

NOVEMBER

Praefatio[1] (Wolfh. 108; — M [M]. 1).

Pez, *Thes. anecd.*, t. VI, col. 92*bis* (ex M); Migne, *P. L.*, t. CXXIX, col. 896-97 (ex Pezio).

1. Sermo in festivitate Omnium Sanctorum (Z...; M. 1v-3v).
Sermo unde supra (Z...; M. 3v-5).
*S. Caesarii mart. (Z. 102v-3v; M. 5-7).

Act. SS., ad h. d. nov., t. I, p. 106-17.

*S. Mariae virg. et mart. (Z. 103v-5; M. 7-9v).

Ibid., p. 201-6.

2. *SS Eustachii et sociorum mart. (Z. 105-8v; M. 9v-14; — Wolfh. 96-97 *ad d. 20 sept.*).

Act. SS., ad d. 20 sept., t. VI, p. 123 sqq. Om. prologus et quae in ed. uncinis inclusa sunt.

3. S. Malachiae ep. (Z. 108-19v; M. 14-30v).

Auctore S. Bernardo. *Act. SS.*, ad h. d. nov., t. II, p. 143-66.

4. *S. Pirminii ep. (Z. 119v-21v; M. 31-34v).

Ibid., ad d. 3, p. 34-44 (adhibito Z), et O. Holder-Egger in *MG.*, Scr. t. XV, p. 21-31.

S. Iusti mart. Tergestini (Z. 122-22v; M. 34v-35v).

Ibid., ad d. 2, t. I, p. 428-30. Om. paenultima sententia : *Universi autem...*

S. Benigni mart. (Z. 122v-26; M. 35v-41v).

Ibid., ad d. 1, p. 163-73.

[1] Incipit prefatio in librum XII *(sic)* *Wolfh.*; November... Prefatio eiusdem mensis M.

---

fices 24, cardinales 183, archiepiscopos 1464, episcopos 3702, abbates insignes 15700. Hi omnes fuerunt de ordine S. Benedicti ante tempora praedicti papae; et fertur quoque quod praedictus papa Iohannes de canonisatione ipsius ordinis hos versus composuerit ad virum Dei dicens :*

* cod. *tempore.*

" *Mitis et invicte Christi verna Benedicte...* "

Sequuntur recensiti secundum ordinem alphabeti 1) summi pontifices de O. S. B.; 2) archiepiscopi et primates; 3) episcopi; 4) doctores et quidem a) illi qui supra divinos scripserunt; b) doctores iuris canonici; c) doctores qui non scripserunt super bibliam. Altera pars huius opusculi descripta est in volumine M. 6 ad calcem augusti; vid. supra, p. 78.

6. *S. Leonardi conf. (Z. 126v-28; M. 42-45).

ARBELLOT, *Vie de S. Léonard* (1863), p. 277 sqq.

7. *S. Willibrordi ep. Traiectensis (Z. 128-32v; M. 45-52v).

Auctore Alcuino. MABILLON, *Acta*, saec. III, 1, p. 603-16. Annexus est sermo ed. ibid., p. 616-8.

8. *SS. Quattuor Coronatorum (Z. 133-35; M. 52v-56).

MOMBRITIUS, t. I, fol. 162v-65; WATTENBACH. ap. BÜDINGER, *Untersuch. zur röm. Kaisergeschichte*, t. III, p. 324-37.

9. *S. Theodori mart. (Z. 135-35v; M. 56-57v).

MOMBRITIUS, t. II, fol. 324-25v. Des. in. Z, folio deficiente: *semper laus eius in ore meo* (fol. 324v, col. 2 post med.)

** Memoria S. Crucis (Z. 136; M. 57v-59).

Sermo pseudo-Athanasii de imagine Christi in Beryto. MIGNE, *P. G.*, t. XXVIII, col. 819-24. In Z incipit mutilus: *a nativitate adeunt* (col. 822, B); in M autem inc.: *Est civitas...* (col. 820, C).

S. Iohannis ep. Alexandrini (Z. 136-48v; M. 59-79).

Auctore Leontio. *Act. SS.*, ad d. 23 ian., t. II, p. 498-517.

11. S. Martini ep. Turonensis (Z. 148-88v; M. 79-146).

a) Epistula Severi ad Desiderium (Z. 148v-49; M. 79-79v).
b) Vita auctore Sulpicio Severo (Z. 149-53v; M. 79v-87; — Wolfh. 110v).
c) Epistula Severi ad Eusebium (Z. 153v-54; M. 87-88).
d) Eiusdem epistula ad Aurelianum (Z. 154-54v; M. 88-89).
e) Eiusdem epistula ad Bassulam (Z. 154v-55; M. 89-90).
f) Dialogorum libri III auctore eodem (Z. 155-66; M. 90-108).
g) Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. I, cap. 43 (Z. 166-66v; M. 108-8v).
h) Eiusdem de miraculis S. Martini lib. I, cap. 4, 5, 6 (Z. 166v-67; M. 108v-110).
i) * S. Martini, Dumiensis monasterii episcopi, *Formula honestae Vitae*, (Z...; M. 110-12v). MIGNE, *P. L.*, t. LXXII, col. 21-28.
k) De miraculis S. Martini ep. Turonensis auctore Gregorio Turonensi (Z. 168v-88v; M. 112v-46). Ed. KRUSCH, p. 585-661.

*S. Mennae mart. (Z. 188v-89v; M. 146-48).

MOMBRITIUS, t. II, fol. 156-57v.

... S. Paterni ep. Fanensis (Z. 189v-91; M. 148-51).

Act. SS., ad d. 12 iul., t. III, p. 297-300; sed inde a num. 15 non pauca passim omissa sunt.

12. S. Cuniberti ep. Coloniensis (Z. 191-91v; M. 151-51v).

Stilo paululum dumtaxat diversa a Vita ed. *Catal. Brux.*, t. I, p. 244-45. Inc. *Fuit vir adulescens Chunibertus ex provincia Mosellense, cuius genitor Crallo...* Des. *Si quis febre correptus aut stridore dentium fatigatus ad eius sepulcrum...*

13. S. Brictii Turonensis ep. (Z. 191v-92; M. 151v-52v; — Wolfh. 111).

Gregorii Turonensis *Hist. eccl.*, lib. II, cap. 1. Stilus paulum immutatus est et ordo inversus. Inc. *Hodie, carissimi... Cum sanctus Martinus signis et virtutibus ut sol splendesceret..* Des. *Quo sepulto, sanctus Brictius in cathedram suam regressus est, septem postea annos feliciter vivens...*

... S. Mercurii mart. (Z. 192-95; M. 152v-57).

V. Giovardi, *Acta passionis et translationis SS. mart. Mercurii ac XII fratrum* (1730), p. 13-31. Omissa sunt tria prima capita.

... *Vita S. Gregorii thaumaturgi episcopi Caesariensis (Z. 195-99v; M. 157-64v).

Bibl. Casin., t. III, floril. p. 169-79. Cf. supra ad d. 3 iul.

*„ Sermo S. Gregorii Nisenae sedis episcopi de S. Gregorio Neocaesariensi episcopo „ (Z. 199v-200; M. 164v-65v).

Inc. *Festivitatem hodiernam sancti Gregorii confessoris atque pontificis, carissimi fratres, devotis mentibus celebremus...* Des. *Tandem, utpote triumphator et amicus Dei, ad caelestia regna gloriosus migrarit. Huius rei gratia ad eius patrocinium..* Laudatio desumpta praesertim ex Hieronymo, *De viris illustribus*.

16. *S. Othmari ab. (Z. 200-1; M. 165v-67v)

Ex Vita auctore Walahfrido, cap 1-8. *MG.*, Scr. t. II, p. 41 sqq.

Miracula eiusdem (Z. 201-1v; M. 167v-73v).

Ex eadem Vita cap. 9-17; subiunguntur miracula auctore Ysone (ibid., p. 47-54). Omissa sunt quidem in M cap. 5 et 6 libri II; verum vacat in hoc codice fol. 173v paene totum et fol. 174. Z autem desinit mutilus sub initio cap. 13 Vitae auctore Walahfrido.

17. *S. Dionysii ep. Alexandrini (Wolfh. 111v-12; — M. 174v).

Ex Adone ad h. d. Subiciuntur in W et inde in M 1) brevissima epitome Vitae S. Aniani Aurelianensis; 2) annuntiatio SS. Acisceli et Victoriae ex Adone.

S. Florini conf. (M. 174v-76v).

Inedita. Vid. appendicem XXI.

18. S. Romani mart. (M. 176v-78).

Stilo potius quam rebus narratis diversa a Vita ed. apud Mombritium, t. II, fol. 244-46. Inc. *Apud Antiochiam civitatem XIIII kalendas decembris tempore Diocletiani et Maximiani imperatorum, cum esset persecutio in partibus Orientis ..* Des. *iuxta sanctorum corpora posuerunt. Horum ergo famosissimorum martyrum, id est Romani monachi et Esicii... Petentes misericordiam Domini...*

... S. Anatelonis Mediolanensis ep. (Z[15]...; M. 180v-83v).

Anonymi Mediolanensis ad S. Datium episcopum *Liber hist. eccles. Mediol.*, cap. 2-4. A. Biragus, *Datiana historia*, p. 8-18. In Z, foliis deficientibus, textus initio mutilus est.

S. Mauri monachi et mart. (Z... ; M. 183v-84r).

Catal. Brux., t. II, p. 297-99, nonnullis passim omissis sententiis.

22. *S. Caeciliae virg. et mart. (H[14].1 *et* 40r-42v; Z...; M. 184v-92).

Mombritius, t. I, fol. 188-93; Bosius, *Hist. passionis S. Caeciliae*, p. 1-26. In H, qui capite mutilus est, deest Passionis initium.

Translatio S. Caeciliae (H. 1-1v; Z...; M. 192-93).

Revelatio domni Paschalis ed. apud Bosium, p. 42-45. Sed dempta est forma epistularis.

23. *S. Clementis papae et mart. (H. 1v-2r; Z...; M. 193-96v).

Mombritius, t. I, fol. 193-95. In H, deficiente folio, desinit mutila : *fontis sui venas aperiat et qui pereus(sit)* (fol. 194v, col. 1a versus finem).

*S. Columbani ab. Bobiensis (H. 3-11v; Z... ; M. 196-211r).

Auctore Iona. Mabillon, *Acta*, saec. II, p. 5-29. Prologus *Dominis* incipit mutilus in H : *Ante hoc ferme...;* hunc subsequuntur versiculi ed. *Catal. Brux.*, t. II, pp. 12, 13. In M desunt tum versiculi, tum prologus *Rutilans.*

24. S. Chrysogoni mart. (H. 11v-12v; Z...; M. 211v-13).

Mombritius, t. I, fol. 200 sqq., ea scilicet quae ibi ad S. Chrysogonum pertinent.

25. *S. Petri ep. Alexandrini (Wolfh. 114v-15; — H. 12v-13; Z...; M. 213-14).

Ex Adone ad h. d.

S. Catharinae virg. et mart. (H. 13-17v; Z...; M. 214-22).

De Smedt-De Backer, *Act. SS. Hiberniae*, p. 681-734; H. Knust, *Die Geschichte der Legende der hl. Katharina*, p. 231-314. Nonnulla subinde omissa sunt vel contracta.

26. *S. Alexandri ep. et mart. (Wolfh. 115-16; — H. 17v-18; Z...; M. 222-23).

Ex Adone ad h. d.; addita est annuntiatio *S. Lini ex eodem.

27. S. Conradi ep. Constantiensis (H. 18-20v; Z...; M. 223-27v).

Auctore Oudascalcho. Ed. ope cod. H in *MG.*, Scr. t. IV, p. 430-436.

... S. Virgilii ep. Iuvavensis (H. 20v-25; Z...; M. 227v-37).

Canisius, *Thes. monum.*, ed. Basnage, t. III, 2, p. 395-407; *MG.*, Scr. t. XI, p. 86-95 (ope codd. H. Z.).

... S. Eberhardi ep. Iuvavensis (H. 25-31; Z...; M. 237-46).

Canisius, l. c., p. 408-18; *MG.*, l. c., p. 77-84 (ope codd. H.Z.).

... S. Hartwici ep. Iuvavensis (H. 31-32; Z...; M. 246-48v).

Canisius, l. c., p. 419-22; *MG.*, l. c., p. 95-97 (ope codd. H.Z).

... Translatio S. Martini ad Iuvaviam (H. 32-32v; Z...; M. 248v-50).

Canisius, l. c., p. 423-24; subiuncta sunt quaedam de summo templo Salisburgensi (ibid., p. 426; *MG.*, l. c., p. 85, not. 3), et catalogus episco-

porum Salisburgensium (CANISIUS, p. 430-31; *MG.*, Scr. t. XIII, p. 353-54, adhibitis H.Z.), qui desinit: *triginta computantur*.

... S. Gai Mediolanensis ep. (H. 33-34v; Z...; *om.* M).

Anonymi Mediolanensis *Liber hist. eccles. Mediol.*, cap. 5-9. *Act. SS.*, ad d. 27 sept., t. VII, p. 394-97; BIRAGUS, *Historia Datiana*, p. 18-31.

29. S. Saturnini ep. Tolosani (H. 34v-36; Z...; M. 250-51v).

RUINART, *Acta sincera* (1689), p. 109-13.

30. Miracula S. Andreae apost. (H. 36-39; Z...; M. 251v-257v).

Auctore Gregorio Turonensi. Ed. BONNET in *MG.*, Scr. rer. merov. t. I, p. 827-46. Nonnulla passim omissa sunt.

Passio S. Andreae apost. (H. 39-40v; Z...; M. 257v-60).

SURIUS, ad h. d. Om. cap. 1 et 13. In H. addidit ad calcem manus saec. XIII ultimas sententias *Libri de virtutibus*, auctore Gregorio: *Cum autem obiisset sanctus Andreas...*

DECEMBER

Praefatio [1] (Wolfh. 118. — H. 43; M^{C12}. 1).

PEZ, *Thes. anecd.*, t. VI, col. 92*bis* (ex M); MIGNE, *P. L.*, t. CXXIX, col. 897-98 (ex Pezio).

1. *S. Chrysanti, Mauri et Dariae mart. (H. 43-46v; Z...; M. 1-10).

Act. SS., ad d. 25 oct., t. XI, p. 469-84.

S. Castriciani Mediolanensis ep. (H. 46v-49; Z...; M. 10-16).

Anonymi Mediolanensis *Lib. hist. eccles. Mediol.*, cap. 10-12. BIRAGUS, *Historia Datiana*, p. 31-46.

3. * " S. Soli conf. " (H. 49-51; Z...; M. 16-22).

Auctore Ermanrico. *MG.*, Scr. t. XV, p. 153-63; cf. p. 152, not. 11; desunt epistulae liminares, carmen et index capitulorum.

4. *Illatio S. Benedicti ab. (H. 51-53v; Z...; M^{M8}. 260-64v).

Auctore Theoderico. MABILLON, *Acta*, saec. IV, 2, p. 350-55. Additus est locus editus in *Catal. Brux.*, t. II, p. 258-61. num. 1, 2.

*S. Barbarae virg. et mart. (H. 53v-54v; Z...; M^{C12}. 22-24v).

ZACCARIA, *Dissertationes latinae* (1781), t. I, p. 137-42.

5. S. Dalmatii mart. (H. 54v-57; Z...; M. 24v-31).

Inc. prol. *Cum sancta Domini pietas caelesti auxilio...* Inc. *Ista vero audiens atque impleta fuisse intellegens...* Des. *Ipse vobis audientibus det gratiam et mihi pro praesumptione tribuat veniam, praestante D. N. I. C...*

(1) *ita Wolfh.*; Incipit mensis december... Pref. Wolfhardi in eundem mensem H; December... Pref. eiusdem mensis M.

Edetur in *Anal. Boll.*, adhibitis aliis etiam codicibus. Cf. *Anal. Boll.*, t. XI, p. 360, 1°.

6. *S. Nicolai ep. Myrensis (H. 57-65ᵛ; Z...; M. 31-53).

Vid. appendicem XXII.

*Translatio S. Nicolai (H. 65ᵛ-68; Z...; M. 53-59).

Vid. ibid.

7. *S. Savini ep. et mart. (H. 68-69ᵛ; Z...; M. 59-62ᵛ).

St. Baluzius, *Miscellanea*, ed. Mansi, t. I, p. 12-14.

8. Sermo de conceptione B. V. Mariae (H. 70-73; Z...; M. 62ᵛ-71).

Inc. *Conceptio intemeratae virginis Mariae, matris Domini salvatoris omnium...* Des. *quam incaute lacessis, conceptionem devotissime celebrare.*

Unde supra (H. 73-74ᵛ; Z...; M. 71-74ᵛ).

Inc. *Conceptionem beatissimae virginis Mariae ab ecclesia catholica accepimus...* Des. *et suscepti operis arreptique hic limitemus laborem.*

Unde supra (H. 74ᵛ-76; Z...; M. 74ᵛ-78).

Inc. *Felix et sanctissimum nostrae spei tempus illud redivivum illuxit...* Des. *in sagittis acutis, quae confixae sunt in corde inimicorum eius.*

Dialogus de miraculis S. Mariae semper virginis (H. 76-107ᵛ; Z...; *om.* M.).

De hoc opere, quem ex codice H noverat, agit B. Pez in praefatione operis : *Ven. Agnetis Blannbekin revelationes* (1731), num. VII.

Inc. : *Venerabili et in Christo plurimum dilecto E. suo, immo totius nostrae congregationis in Christo patri et domino, A....* In fine prologi haec leguntur : *Igitur sanctae memoriae Eberhardus abbas coenobii Praeveniensis, summae Matri summo servitio subditus, quendam subditum tuum Arnoldum, qui videbatur aliquid consecutus litterarum, ut exceptionem illam stilo cultiore adornaret, rogavit, etiam antequam ad abbatiam promoveretur, quia licet affectu praecipuo, tamen stilo vix latino edita erat. Ille et digno patri oboedientiam et dignissimae matri devotionem instanter exhibuit, et hunc dialogum quattuor libellis distinctum edidit. Abbas ille Dei genitrici devotissimus in festo Annuntiationis promotus, in sexto anno in Circumcisione Domini, percantato officio Dei genetricis, migravit, ut qui septem annis servisset, in septimo esset liber gratis, et illo officio quasi viatico notum esset, quob sub alas caelestis Dominae aggregari meruisset.*

... S. Calimeri ep. Mediolanensis (H. 107ᵛ-8ᵛ; *om.* Z (?); M. 78-80ᵛ).

Anonymi Mediolanensis *Lib. hist. eccles. Mediol.*, cap. 13-15. *Act. SS.*, ad d. 31 iul., t. VII, p. 173-74; Biragus, *Datiana historia*, p. 46-55.

10. **S. Eulaliae virg. et mart. (H. 108ᵛ-9ᵛ; Z...; M. 80ᵛ-83ᵛ).

Act. SS., ad d. 12 febr., t. II, p. 577-78, addito Gregorii Turonensis *In gloria martyrum* cap. 90 (ed. Krusch, p. 548-49).

11. " SS. Faustini et Victorici mart. " (H. 109v-10v; Z...; M. 83v-86v).

Passio SS. Fusciani et Victorici ed. *Act. SS. Belgii*, t. I, p. 166-69.

... *SS. Eucharii, Valerii et Materni ep. Treverensium (H. 110v-13v; Z...; M. 86v-93v).

Act. SS., ad d. 29 ian., t. II, p. 918-22.

13. *S. Luciae virg. et mart. (H. 113v-14v; Z...; M. 93v-96v).

Surius, ad h. d.

*S. Ottiliae abb. (H. 114v-18; Z...; M. 96v-104).

Mabillon, *Acta*, saec. III, 2, p. 488-96; Chr. Pfister in *Anal. Boll.*, t. XIII, p. 9 32, adhibitis H. Z.

14. S. Spiridionis ep. (H. 118-18v; Z...; M. 104-5).

Fragmenta quaedam Vitae ed. apud Surium, ad d. 12.

... S. Theophili mart. (H. 118v-19v; Z...; M. 105-7v).

Pars Passionis S. Dorotheae ed. *Act. SS.*, ad d. 7 febr., t. I, p. 773, scilicet inde a num. 13 med.

... * " Vita S. Modestae virg. " (1) (H. 119v-22; Z...; M. 107v-13v).

Virtutes S. Gertrudis earumque continuatio. *MG.*, Scr. rer. merov. t. II, p. 464-74. In primo nempe Virtutum capite quaedam narrantur de S. Modesta. Cf. supra ad d. 17 martii.

17. S. Marthae hospitis Christi (H. 122-26; Z...; *om.* M.) (2).

Mombritius, t. II, fol. 127-31v. Des. *quia esurivi et dedistis mihi manducare* (fol. 131, col. 2 init.) Cf. ad d. 22 iulii.

... S. Flannani mart. (H. 126-32v; Z ..; M. 113v-29).

De Smedt-De Backer, *Act. SS. Hiberniae*, p. 343-80. Om. prol.

... " S. Martini [immo Martii] abb. " (H. 132v-33v; Z...; M. 129-31v).

Gregorii Turonensis, *Vit. Patrum*, cap. 14. Ed. Krusch, p. 717-20.

... S. Monadis Mediolanensis ep. (H. 133v-34v; Z...; *om.* M.).

Anonymi Mediolanensis *Lib. hist. eccles. Mediol.*, cap. 16-18. *Act. SS.*, ad d. 12 oct., t. VI, p. 14 sqq. Biragus, *Datiana historia*, p. 55-62. Desinit in medio cap. 18 *(...pastoris vigilantia)*.

21. S. Thomae apost. (H. 135-39; Z...; M. 131v-41v, 144; — Wolfh. 122).

Max Bonnet, *Acta Thomae*, p. 133-60. Praefixus est prologus ed. ibid., p. 96-97 *(Beatum Thomam — roboraret)*. Desinit Passio : *catenis argenteis* (p. 159, lin. 16).

... " Vita S. Mathildis, quae fuit mater Ottonis Magni imperatoris " (H. 139-42; Z...; A^{25}. 220-23; M. 144, 142, 143, 145-49v).

Epitome ab Ekkehardo Uraugiensi confecta, de qua *MG.*, Scr. t. IV, p. 283, num. 2, et Leibnitius, *Scr. rer. Brunsv.*, t. III, p. 655 57. Prima et ultima huiusce verba vid. in *Archivo* Pertzii, t. VII, p. 488.

(1) Ita H. M.; in H manus recens pro *Modeste* correxit *Gerdrudis*.— (2) In M legitur fol. 113v haec rubrica : *Hic sequebatur Vita S. Marthe, que habetur in iulio.*

... S. Brandani ab. (H. 142-50; Z...; M. 149v-67v).

SCHRÖDER, *Sanct Brandan* (1871) p. 3-36, et saepe alibi. Des.: ***reversus ad locum suum*** (p. 36, lin. 8).

... Visio pauperculae cuiusdam mulieris (H. 150-50v; Z (?)...; M. 167v-68).

WATTENBACH, *Deutschlands Geschichtsquellen*, 6a ed., t. I, p. 277-78, not. 2.

23. S. Victoriae virg. et mart. (Wolfh. 122; — H. 150v; Z...; M. 168-69).

Ex Adone ad h. d. Sequitur, integrum quidem in W, contractum vero in H. M., elogium S. Servuli ex eodem.

24. S. Gregorii mart. Spoletani (H. 150v-52; Z...; M. 169-171).

SURIUS, ad h. d.

25. **S. Anastasiae virg. et mart. (H. 152-55v; Z...; M. 171-80).

MOMBRITIUS, t. I, fol. 200v sqq. Omisso prologo, inc. *Praetextati illustris viri filiam...* In H hoc scriptum est lemma: *Passio SS. Cyconiae et Hyrenes et Agape.*

26. S. Stephani protomartyris (H. 156-56v; Z...; *om.* M).

Sermo S. Fulgentii Ruspensis. MIGNE, *P. L.*, t. LXV, col. 729 32.

Unde supra (H. 156v-57v; Z...; *om.* M).

Homilia S. Maximi Taurinensis 64. MIGNE, *P. L.*, t. LVII, col. 379 sqq.

Unde supra (H. 157v-58v; Z...; *om.* M).

Inc. *Stephanus plenus gratia...* Des. *Porro imitari debemus, quem colimus, ut discamus...*

Unde supra (H. 158v-59v; Z...; *om.* M).

Inc. *Iustus de angustia sua liberatus est...* Des. *quam Deus omnibus diligentibus se praeparavit. Amen.*

De translatione S. Stephani (H. 159v-61; Z (?) ...; M. 180-83v).

Narratio de qua egit et cuius partem edidit ANGELUS MAI, *Spicil. romanum*, t. IV, p. 285-88. Inc. *Quamvis sanctorum mors in conspectu Domini...* Des. *quia ibi florent eorum orationes, et florebunt in saecula saeculorum. Amen.* Sequuntur quattuor versiculi:

Hic duo sanctorum sunt corpora clausa virorum,
Stephanus est alter, sibi par Laurentius atque.
Istorum meritis scandamus gaudia caeli
Et caeli cives semper vivamus in ipsis.

In M praefixum est lemma: *Translacio corporis sancti Stephani de Constantinopoli Romam pridie nonas maias, edita a sancto Lucio archidiacono romane ecclesie, Theodosio principe, papa Pelagio, ad tutelam romanorum civium tam adversus hostes visibiles quam invisibiles.* In H amplus locus relictus erat rubricatori.

" Sermo de eodem " (H. 161-61v; Z (?)...; *om.* M).

Inc. *Diligite inimicos vestros...* Des. *Deus autem qui prior dilexit nos, ipse inspiret eam in cordibus nostris...*

S. Marini mart. (H. 161v-64; Z...; M. 183v-89).

Catal. Brux., t. II, p. 184-91.

27. " Miracula S. Iohannis apost. " (H. 164-66v; Z...; *om.* M.; — Wolfh. 124-24v).

Auctore Pseudo-Melitone. MIGNE, *P. G.*, t. V, col. 1239-50, omisso prologo et initio cap. 1; MOMBRITIUS, t. II, fol. 29v(*Et quia Deo curae fuit*)-32.

" De S. Iohanne et quodam iuvene " (H. 166v-67v; Z...; *om.* M).

Eusebii *Hist. eccles.*, interprete Rufino, lib. III, cap. 23. Inc. *Audi fabulam, non fabulam...* Des. *trophaea visibilis resurrectionis in eo ostendens.*

De eodem (H. 167v-70; Z...; M. 189v-95).

Sermo S. Petri Damiani 63. MIGNE, *P. L.*, t. CXLIV, col. 857-66.

De eodem (H. 170-71; Z...; M. 195-201).

Sermo eiusdem 64. Ibid., col. 866-75. Desinit H in medio sermone.

28. " Sermo sanctorum Innocentium " (Z...).

29. S. Thomae Cantuariensis ep. (Z...; M. 201-24v).

Passio cuius initium ed. apud GILES, *Vitae S. Thomae Cantuar.*, t. II, p. 316-26; multa vero ex fine ed. RER. BRITAN. SCR., *Materials for the history of Thomas Becket*, t. IV, p. 158-72. Desinit: *suscipiendum satis idoneas* (p. 172 med.)

Miracula S. Thomae (Z...(?); M. 224v-46).

Ex opere Benedicti abbatis Petroburgensis ed. RER. BRIT. SCR., *op. cit.*, t. II, p. 21 sqq., scilicet : lib. I prologus, cap. 1-3, 4 (inde a *Placita erat...*), 5-10, 12, 13, 16, 22-24; lib. II, cap. 1, 4, 12; lib. IV, cap. 71; lib. II, cap. 18; lib. IV, cap. 2 (omisso initio), 72-76, 94.

... " S. Niciferi mart. " (M. 246-48).

Non multum diversa a Passione de qua in nostro *Catal. Paris.*, t. II, p. 237, 2°. Inc. *In partibus Orientis in civitate Sablonica erat quidam sacerdos nomine Sabricius...* Des. *Sic sanctus Niciferus per fidem et humilitatem... Martyrizatus est autem...*

31. *S. Silvestri papae (Z...; M. 248-68v; — Wolfh. 125-25v).

MOMBRITIUS, t. II, fol. 279v-93v.

S. Columbae virg. et mart. Senonensis (Z...; M. 268v-72).

Catal. Brux., t. I, p. 302-6.

DE LEGENDARIO
WINDBERGENSI

Cum ante aliquot annos codices Legendarii Windbergensis obiter pervolveremus, mirabamur non paucas in eo contineri sanctorum Passiones, easque fere non ita prolixas, quae a solitis textibus satis discreparent, quales illi sive integri sive in epitomen redacti in Passionalibus inveniri consueverunt. Ubi vero, excusso iam Legendario austriaco et martyrologio Wolfhardi, iterum inspicienda fuit collectio Windbergensis, utpote quae austriacae valde similis esse ferebatur, statim perspeximus textus illos, qui admirationem moverant, omnes illuc e Wolfhardi martyrologio transiisse; reliquos, non omnes quidem, sed tamen plurimos, et Windbergensi et austriaco Legendario communes esse. Quo factum est ut de altero illo Legendario quaedam etiam subiungere necessarium duxerimus.

Constat illud voluminibus sex, quae in conventu Sanctae Mariae in Windberg, ordinis Praemonstratensis, dioecesis Ratisponensis, post medium saeculum XII exarata sunt, nunc vero in bibliotheca regia Monacensi servantur signataque sunt inter codices latinos numeris 22240-45 (1). *Scripta sunt paginis bipartitis ab amanuensibus, si bene vidi, duobus* (2), *quorum alter codicem 22240 integrum, codicis 22243 fol. 149-76, codicis 22244 fol. 8-191 et codicis 22245 fol. 198v-200, alter vero codices 22241 et 22242 integros, codicis 22243 fol. 1-148, codicis 22244 primum quaternionem seu f. 1, 1 bis, 2-7, et codicis 22245 fol. 1-198r exaravit.*

Tertia quaedam manus saec. XII hanc notam in primo folio codicum 22242-45 inscripsit :

Iste liber pertinet ad Sanctam Mariam in Windberg, quem fecit[1] scribi secundus eiusdem ecclesiae venerabilis et dignae memoriae abbas Gebhardus[2] pro obtentu gratiae Dei et Beatae Mariae semper virginis[3] et tuarum, lector, orationum. Si quis eum quocumque modo ecclesiae huic abalienaverit, anathema sit.

[1] iussit *cod. 22244.* — [2] Gebehardus *cod. 22244.* — [3] (s. v.) *om. cod. 22243 et 22244.*

(1) Cf. *Neues Archiv*, t. IX, p. 640-43. — (2) Omitto pauca quaedam folia, quae in capite vel in fine duorum voluminum aliis manibus saec. XII et XIV exarata sunt, nempe cod. 22240 fol. 1-2 et fol. 208v-9v, cod. 22241 fol. 1v-2 et fol. 195-203.

Gebehardus ille anno 1141 abbas factus est, et postquam quinquaginta annis coenobium rexerat, anno 1191 obiit (1).

Quod si iam Legendarium Windbergense cum austriaco conferimus, statim constat austriacum collectorem multo ampliorem documentorum silvam sibi comparasse, quam fecit bavarus. In austriaco enim circiter 580 Vitae Passionesve descriptae sunt, in Windbergensi non omnino 350. In austriaco etiam solo invenire est Vitas illas non paucas, quas in nullis aliis Passionalibus, neque etiam in Windbergensi, servatas esse diximus (2). *Sed et ex Gregorio Turonensi, ex Beda, ex Datiana, quae dicitur, historia ecclesiae Mediolanensis, tam pauca in Windbergenses codices transierunt, ut minime videatur collector bavarus ipse, sicut austriacus* (3), *hos libros evolvisse, sed potius locos ex illis in aliis voluminibus iam excerptos iterum exscripsisse. Verum alios duos fontes adiit, quos eodem vel certe non multo post tempore adibat collector Legendarii austriaci, nimirum*

I. Wolfhardi martyrologium, *ex quo circiter 55 breves Vitas seu laudationes sanctorum desumpsit. Wolfhardi siquidem librum ab illo expilatum esse vel obiter utrumque conferenti liquet, cum in illis quinquaginta et aliquot locis ita fideliter Wolfhardi textum ad verbum repraesentet, ut etiam sententias pias, quas veluti prologum praemittere solet Wolfhardus* (4), *totidem verbis exscripserit* (5), *quin etiam alicubi laudationem Felicis martyris Gerundensis auxerit loco illo* Libri pontificalis *de Stephano II, qui in marginibus codicis lat. Monacensis 18100 manu prima additus et, sigla male apposita, designatus est tamquam qui de Felice Gerundensi scriptus sit* (6). *Insuper in hoc Wolfhardum secutus est Legendarii collector, ut Vitas nonnullorum sanctorum ei kalendarum diei assignaret, quo in solo martyrologio Wolfhardi illorum sanctorum nomina inscripta sunt, dum aliis prorsus diebus in ceteris martyrologiis et in ipso Legendario austriaco recensentur.*

Neque eadem ex Wolfhardi martyrologio desumpsit collector bavarus, quae austriacus. Etenim nullam ex praefationibus, quae singulis libris martyrologii praefixae sunt, nulla etiam excerpta ex martyrologio hieronymiano exscripsit. Et quamvis quaedam Vitae Passionesve ex Wolfhardo in utrumque legendarium transierint, multo tamen plures recensere est, quae vel sola collectio austriaca (7), *vel sola bavarica* (8) *admiserit.*

(1) Catalogus abbatum Windbergensium, *MG.*, Scr. t. XIII, p. 752**; Necrologium Windbergense, inter *Monum. Boica*, t. XIV, p. 98. — (2) Supra, p. 26, 6°. — (3) Cf. supra, p. 26, 2°, 3°, 4°. — (4) Cf. supra, p. 22. — (5) Semel dumtaxat huiusmodi prologum praetermisit; vid. infra 167°. — (6) Cf. supra, p. 18. — (7) Vid. supra ad d. 14 et 18 ian., 2, 20, 23, 24 febr., 24 et 31 mart., etc., etc. — (8) Vid. infra in catalogo, 8°, 16°, 26°, 32°, 49°, 51°, 53°, 55°, etc.

Alterum fontem adierunt Windbergenses (1), *nempe*

II. Legendarium *aliquod, et quidem, nisi vehementer fallor, idem vel simillimum illi quod expilavit collector austriacus. Ducenta enim circiter documenta hagiographica utrique Legendario communia sunt, ita nimirum ut non solum eandem documentorum illorum recensionem exhibeant, sed et saepe easdem illorum partes praetermiserint, eidem Vitae vel Passioni easdem narrationes de translationibus vel miraculis adiunxerint; quod maxime videre est in Hilario Pictaviensi* (*supra, 13 ian.*), *in Faustino et Iovita* (*ibid., 15 febr.*), *in Hildulfo* (*ibid.,11 iul.*), *in Ianuario Beneventano* (*ibid., 19 oct.*), *in Nicolao* (*ibid., 6 dec.*).

Et hic quidem aliquantulum immorandum censemus in uno textu, quem, dum codices legendarii scrutabamur, primum valde mirati sumus. Est haec singularis quaedam epitome Vitae Germani Parisiensis, quae tota constat excerptis e Fortunati libello (2) *paragraphis 1-11, 13, 14, 16, 20, 69, 70, 178, 179, 206-208, et quidem ita ut auctor textum Fortunati saepe exscripserit, longiore tamen verborum ambitu fere sit usus* (3). *Omnino differt illa epitome ab ea quam confecit Wolfhardus* (4) *et quam collector Windbergensis ad d. 28 mai* (5) *exscripsit. Huic autem alteri epitomae, de qua nunc loquimur et quam idem ad d. 1 oct. in suum legendarium recepit* (6), *id est maxime proprium, quod in unam narrationem composuerit epitomator fragmenta tria, quae ex §§ 16, 20 et 69 Fortunati expilavit, ubi tamen non de una re, sed de tribus plane diversis rebus est sermo. Monstrum illud subicio, appositis locis Fortunati.*

Chariulfus quidam Francus tumida cervice protervus villam sanctae basilicae debitam rapaci fraude subripiens, saepius pulsatus reddere denegabat. Protinus sacerdos ad beati Symphoriani sepulcrum provolutus incubuit

Fortunatus *§ 16*. Chariulfus quidam Francus partim villae basilicae res obstinatus invaserat. Quem cum vir Dei ad reddendum aliquatenus commoneret, nec tamen proficeret, ad orationem se convertit.

§ 20 (*ubi de cubiculario Agricolae episcopi aegroto*). Tunc... ad sancti Symphoriani sepulcrum

(1) Est ubi ex utroque fonte documentum de eodem sancto acceperit Legendarii collector, cum nempe alio loco illam epitomen, quae in Wolf hardi martyrologio legitur, alio textum quem in Legendario etiam austriaco reperimus, excripserit; ut factum est in Paula vidua (infra 32° et 39°), in Arnulfo Mettensi (ibid. 167° et 168°), in Germano Parisiensi (ibid. 126° et 252°), in Germano Autisiodorensi (ibid. 182° et 253°). — (2) *MG.*, auct. ant. t. IV, 2, p. 11-27. — (3) Textus editus in nostro *Catal. cod. hag. lat. bibl. nat. Paris.*, t. I, p. 483, omnino convenit cum initio illius epitomae, de qua nunc. — (4) De ea nempe vid. quae scripsimus supra, p. 14. — (5) Cf. infra, 126°. — (6) Cf. ibid., 252°.

et precibus crebris undique collecti proceres ad domum venerandi pontificis currunt et principis sui valetudinem ac tormenta doloris exponunt.

progreditur. Interea vir iustus orationi incubuit, terram corpore premens...

§ 69 (*ubi de Hlotario rege aegroto*). Vix primo diluculo ad domum ecclesiae a proceribus concursatur, poena regis exponitur...

Iam vero haec epitome non solum in Legendario Windbergensi et in codicibus austriacis legitur, sed ipsam in codice saec. XI offendimus, qui olim abbatiae Sancti Bertini erat, nunc vero bibliothecae publicae Sancti Audomari, num. 791 (1). *Quamvis autem non desint subinde, ut alias fieri solet, lectiones variantes, adeo tamen similis est omnium codicum textus, ut in loco supra exscripto ne uno quidem verbo discrepent codices austriaci, Windbergensis et Bertinianus.*

Illa porro mirabilis epitome, quae in alios etiam forsan codices transiit, non ita Bavariae aut inferiori Austriae propria fuit, ut in remotis etiam septemtrionalis Galliae partibus saec. XI non reperiretur, ideoque non multum conferre potest ad definiendum quodnam fuerit legendarium illud antiquius, ex quo tum austriacus, tum bavarus collector magnam partem suorum Passionalium hauserunt. Huiusmodi siquidem fontem communem utrumque adiisse vix negabit, opinor, quicumque perspexerit in quam multis Vitis uterque prorsus conveniat.

Unum autem vix non certum est, exemplar illud, ex quo duae collectiones partim descriptae sunt, ipsum post medium saeculum XI exaratum esse, ac proin non esse cur cogitemus de aliquo legendario quod ab ipso Wolfhardo, ut nonnulli commenti sunt, saeculo IX compositum esset. Nam, ut alia omittam quae minoris sunt momenti, et in austriaca et in bavarica collectione descripta est tum Passio Adalberti Pragensis († 997) a Iohanne Canapario conscripta, tum Vita Udalrici, quam Berno abbas Augiensis inter annos 1020 et 1030 composuit, tum Vita Symeonis Treverensis († 1035), tum Vita Wolfkangi ab Othloho post an. 1037 edita, tum altera recensio Vitae Godehardi Hildeshemensis, quae anno circiter 1065 a Wolfherio retractata prodiit, quin et Vita Lulli, quam inter annos 1063 et 1073 scripsit Lambertus Hersfeldensis. Porro cum haec documenta non ita pauca, eademque prorsus in utraque collectione similia, non in uno loco, velut postea

(1) Fol. 65ᵛ-69ᵛ. Eadem epitome exstat in codice Sancti Audomari num. 715, t. IV, fol. 31-32ᵛ, qui codex saec. XII in abbatia Sancti Bertini etiam scriptus est. Verum est hoc merum apographum codicis 791.

addita, simul compareant, sed per diversa volumina suis locis conscripta sint, iure affirmare licet, si antiquiore Legendario tum austriacus tum bavarus collector usus est, Legendarium istud post medium saec. XI, quin etiam post annum 1065 compositum esse.

Superest ut indicem documentorum, quae Windbergensis collectio complectitur, subiciamus. Quod ut breviter fieret, eodem modo lemmata paucis contraximus, ut fecimus in codicibus austriacis (1) ; *ubi idem omnino textus in Windbergensibus codicibus legitur atque in Legendario austriaco* (= **La.**) *aut in martyrologio Wolfhardi* (= **Wolfh.**), *satis habuimus ad indices supra p. 12 et p. 38 editos lectorem remittere. Alibi autem more solito quaenam narratio in Windbergensi Legendario descripta sit, distincte indicamus. Fieri tamen potest ut inter hos textus, quos non monemus esse in Legendario austriaco et bavarico omnino similes, pauci tamen quidam prorsus similes sint. Verum cum eo tempore, quo codices austriacos excutiebamus, nondum de evolvendis Windbergensibus libris cogitaremus, ultro fatemur ea quae in adversariis nostris de singulis libellis in austriaco Legendario contentis adnotaveramus, aliquando non adeo distincta fuisse, ut nunc prorsus affirmare liceret nulla re diversos esse textus illos ab his qui in Windbergensi continentur.*

Codex latinus Monacensis 22240.

Foliorum 211 (0^m,39 × 0,27), quae signata sunt numeris 1-210; verum inter fol. 2 et fol. 3 est unum folium nullo numero notatum.

1° S. Savini ep. et mart. (f. 1-2) = La. 7 dec.

Exarato iam codice, addita est haec Passio alia manu saec. XII; sed spatio deficiente, stetit scriba in medio cap. 11. Reliquam Passionem addidit manus saec. XV/XVI in margine inferiore fol. 2^v, *2bis*, *2bis*^{v}.

2° " Breviarium huius libri " (f. 2^v-*2bis*^{v}).

Index Vitarum, scilicet kalendarium mensium ianuarii, februarii, martii.

3° S. Basilii ep. Caesariensis (f. 3-13) = La. 1 ian.
4° S. Clari ab. Viennensis (f. 13-14^v) = La. 4 ian.
5° S. Concordii mart. (f. 14^v-15^v) = La. 1 ian.
6° S. Martinae virg. (f. 15^v-22^v) = La. 1 ian.
7° S. Genovefae virg. (f. 22^v-27^v) = La. 3 ian.
8° S. Anteri papae (f. 27^v) = Wolfh. 3 ian., f. 11^v = Ado.

(1) Vid. supra, p. 37, 4°.

9° S. Titi apostoli (f. 27v) = Wolfh. 4 ian., f. 11v = La. 4 ian.
10° S. Telesfori papae (f. 27v) = Wolfh. 5 ian., f. 11v-12 = La. 5 ian.
11° S. Severini ab. (f. 27v-41) = La. 8 ian.
12° SS. Iuliani et Basilissae mart. (f. 41-51v).

Valde similis Passioni ed. *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 575-87, n. 2-63 cum prima sententia n. 64. Cf. La. 9 ian.

13° S. Hilarii ep. Pictaviensis (f. 51v-57) = La. 13 ian.
14° " S. Felicis presb. Nolani " (f. 57-57v).

Act. SS., Ian. t. I, p. 951.

15° S. Erhardi ep. (f. 57v-62v) = La. 8 ian.
16° SS. Abacuc et Micheae proph. (f. 63) = Wolfh. 15 ian., f. 15v = Ado.
17° S. Pontiani mart. (f. 63-63v) = Wolfh. 15 ian., f. 15-15v = La. 19 ian.
18° S. Mauri ab. (f. 63v-77) = La. 15 ian.
19° S. Marcelli papae et mart. (f. 77-78).

Act. SS., Ian. t. II, p. 5-7, n. 1-9. Cf. La. 16 ian.

20° S. Cyriaci et sociorum mart. (f. 78-80).

Act. SS., t. c., p. 7-9, n. 10-24. Cf. ibid.

21° SS. Geminorum Speusippi et soc. mart. (f. 80-84) = La. 17 ian.
22° S. Gamulberti conf. (f. 84-88v) = La. 27 ian.
23° S. Sebastiani mart. (f. 88v-104) = La. 20 ian.

Notare iuverit cap. 29-37 (*Act. SS.*, Ian. t. II, p. 269-71) hoc praefixo lemmate discerni : *Passio quattuor coronatorum.*

24° " SS. Marii, Marthae, Audifax et Abacuc, Quirini mart. " (f. 104-107v).

Passio Quirini ed. a v. cl. Br. Krusch, *MG.*, Scr. rer. merov. t. III, p. 11-20, adhibito hoc codice. Cf. La. 16 iun.

25° S. Agnetis virg. (f. 107v-10v) = La. 21 ian.
26° S. Epiphanii ep. (f. 111-12) = Wolfh. 22 ian., f. 18v-19v. Vid. appendicem I.
27° S. Vincentii Caesaraugustani mart. (f. 112-15v).

Recensio aliquantum diversa ab eis quae editae sunt *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 394-97, et *Anal. Boll.*, t. I, p. 263-70; eandem non ita raro in aliis codicibus offendimus.

Inc. : *Cum apud Caesaraugustam civitatem, ut multorum sinceritas et signata veritatis verba testantur, Daciano cuidam praesidi gentili et sacrilego a dominis et principibus suis romanis saeviendi in christianos exoptata potestas cecidisset, et oblatranti profanae crudelitatis famelico cani sua rabies aspirasset, episcopos et clericos et omnia sanctorum corpora testamentis diaboli obicienda et hoc magis Deo probanda spiritu nequitiae suae rapi praecipitanter incubuit...*

Des.: *Demonstrans ergo anus illa quasi relegens certa oculis signa vestigiis et in curvo errore littore expedita dirigitur. Vincentius* (cf. nostrum *Catal. Brux.*, t. I, p. 8), *qui inveniri ad honorificentiam sepulturae dignus fuerat, inventus est. Hinc ad basilicam sanctum corpus allatum est, venerabile omnibus et beatum iam de honorificentia sepulturae. Inde ad ecclesiam matrem in sancto Vincentius consecratus altario; mancipatum Domino locum et mysteriis venerabile. Dum honoratur in pluribus locis, retentio eius corporis fuit. Hoc ad celebranda ipsius ampliora pertinet vota. Venerationem sui ex tumulis meruit, qui dum plurimos eorum numerosius consecrat, cumulatius consecratus sit, regnante D. N. I. C., qui cum Deo Patre...*

28° S. Anastasii mart. (f. 115v-21).

Recensio aliquantum diversa a textu ed. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 426-31.

Inc. prol.: *Unigenitus filius et verbum Dei, per quem omnia facta sunt, qui coaequalis atque consubstantialis Patri et vivificatori Spiritui sancto est, miseratus generis humani, quod sub mortis atque corruptionis tyrannide subiacebat, inclinavit caelos et descendit, secundum quod scriptum est. Per nativitatem vero ex virgine formam servi accipiens et cum hominibus conversatus est...*

Inc.: *Erat quidam de Persida Razehe vocabulum, nomen autem ei Magundat. Filius autem erat magi quondam Bau nomine, qui etiam et doctor exstiterat magicae disciplinae; erudivitque eum a pueritia magica arte. Facto autem iuvene, contigit teneri eum in tirone cum aliis multis...*

Des.: *Rogavit autem me praepositus monasterii illius, et accipiens colobium martyris induit eum qui patiebatur, et confestim sanus factus est. Finivit vero certamen in Christi confessione sanctus martyr Anastasius, sicut iam supra praemisimus, XXa et IIa die mensis ianuarii, indictione Ia, anno VII. X° imperii Heraclii et V.X°. anno Constantini, regnante D. N. I. C., cui est honor...*

29° S. Praeiecti ep. Arvernensis (f. 121-22v) = La. 25 ian.

30° S. Polycarpi ep. Smyrnensis (f. 122v-23v) = Wolfh. 26 ian., f. 20-20v = La. 26 ian.

31° S. Iohannis Chrysostomi (f. 123v) = Wolfh. 27 ian., f. 20v-21. Cf. La. 27 ian.

32° Obitus S. Paulae viduae (f. 123v) = Wolfh. 27 ian., f. 21 = Ado.

33° * Epistola Vigilii ep. * (f. 123v-24) = La. 31 ian., de S. Sisinnio et soc.

34° Passio S. Vigilii ep. (f. 124v-26v).

Ipsa recensio ed. apud [B. Bonelli], *Notizie istorico-critiche intorno al beato martire Adelpreto*, t. II (Trento, 1761), p. 328-33.

35° S. Symeonis stylitae (f. 127-30) = La. 5 ian.

36° S. Timothei apostoli (f. 130-31) = La. 24 ian.

37° S. Asclae mart. (f. 131-32v) = La. 23 ian.

38° S. Babylae ep. Antiocheni (f. 132ᵛ-34ᵛ) = La. 24 ian.
39° S. Paulae viduae (f. 134ᵛ-45) = La. 27 ian. — Cf. 32°.
40° S. Constantii mart. (f. 145-46) = La. 30 ian.
41° S. Eustasii ab. (f. 146-50ᵛ) = La. 29 mart.
42° S. Severi ep. Viennensis (f. 150ᵛ-54) = La. 18 ian.
43° S. Brigidae virg. (f. 154-61) = La. 1 febr., Vita prior.
44° S. Blasii ep. Sebasteni (f. 161-66ᵛ) = La. 3 febr.
45° SS. Phileae et Philoromi mart. (f. 166ᵛ-67) = Wolfh. 4 febr., f. 23-23ᵛ = La. 4 feb.
46° S. Agathae virg. (f. 167-69ᵛ) = La. 5 febr.
47° S. Dorotheae virg. (f. 169ᵛ-72) = La. 6 febr.
48° S. Pauli ep. Narbonensis (f. 172ᵛ-73ᵛ) = La. 8 apr.
49° S. Gregorii II papae (f. 173ᵛ) = Wolfh. 12 febr., f. 25 = suppl. Adonis.
50° S. Eulaliae virg. (f. 173ᵛ-75). Cf. La. 10 dec.

Act. SS., Febr. t. II, p. 577-78; nihil vero ex Gregorio Turonensi.

51° S. Agabi prophetae (f. 175) = Wolfh. 13 febr., f. 25ᵛ = Ado.
52° S. Valentini ep. (f. 175-77) = La. 14 febr.
53° S. Valentini presb. (f. 177-77ᵛ) = Wolfh. 14 febr., f. 25ᵛ-26. Cf. supra, p. 13.
54° SS. Caloceri, Faustini et Iovitae, Marciani et Secundi (f. 177ᵛ-184ᵛ) = La. 15 febr.

Insertus est nempe etiam in hoc codice locus de quo supra, p. 46: *Denique cum esset... - Igitur Secundus a Sapricio... Amen.*

55° S. Onesimi apost. (f. 184ᵛ-85) = Wolfh. 16 febr., f. 26ᵛ = Ado, *Fest. apost.*
56° S. Iulianae virg. et mart. (f. 188ᵛ) = La. 16 febr.
57° S. Symeonis ep. Hierosolymitani (f. 188ᵛ) = Wolfh. 18 febr., f. 27ᵛ = La. 18 febr.
58° Sermo de S. Mathia apost. (f. 188ᵛ-90) = La. 24 febr., secundo loco (*Cum praeclara...*).
59° S. Theclae virg. et mart. (f. 190-91ᵛ) = 22 febr. (*Sub Nerone...*)
60° SS. Florentii, Eugenii et Vindemialis (f. 191ᵛ-93) = La. 1 apr.
61° SS. Saturi, Saturnini, Revocati, Perpetuae et Felicitatis (f. 193-194).

Initium et finem textus exscribo. Quamvis autem textus male corruptus sit, menda etiam aperta (ut v. g. *exempli sed* pro *exemplis et*, *memorum* pro *martyrum*) corrigenda non duxi, ut specimen sollertiae scribae Windbergensis lector habeat.

Inc.: *Valeriano et Gallieno consulibus missa in christianos persecutione violenta diabolica est furore flammata gentilium. Siquidem inquisitio dum antiqui eius calliditati famulatur, crudeli consensu in sanctorum mortibus conspiravit...*

Des.: *Ita his bestiarum saevitia coronis martyrum militans pretiosas animas regnis caelestibus et Domini aspectibus praesentavit. Horum ergo beatorum martyrum victorias, qui Valeriano et Gallieno imperatoribus in civitate Tuturbitana sub Minutio consule nonas martias passi sunt, recolere debet Ecclesia, ut tantis exempli sed tanta utriusque sexus tolerantia inflammata, etsi pro tempore necessitatem persecutionis non habet, dum recordatione venerabili memorum recensit triumphos, eorum patrociniis Domino commendetur, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

62° S. Simplicii papae (f. 194-94ᵛ) = Wolfh. 1 mart., f. 30 = Suppl. Adonis ad 2 mart.

63° S. Lucii papae (f. 194ᵛ) = Wolfh. 4 mart., f. 30ᵛ = Ado.

64° XL milites Sebasteni (f. 194ᵛ-97ᵛ).

Bibliotheca Casinensis, t. III., floril. p. 58-61.

65° S. Gregorii I papae (f. 197ᵛ-99) = Wolfh. 12 mart., f. 31ᵛ-32ᵛ. Cf. supra, p. 13.

66° " Vita Modestae virginis Christi " (f. 199-203) = La. post 14 dec.

67° S. Iohannis Penariensis (f. 203-4) = La. 19 mart.

68° S. Gertrudis virg. (f. 204-6ᵛ).

Br. Krusch., *MG.*, Scr. rer. merov. t. II, p. 453-64, scilicet sola Vita. Adest autem prologus *Sancta et inseparabili* et integrum cap. 6 de Vulfetrude. Cf. La. 17 mart.

69° S. Rudperti ep. Salisburgensis (f. 206-8ᵛ).

Act. SS., Mart. t. III, p. 702-4, et hoc codice adhibito B. Sepp, *Vita S. Hrodberti primigenia* (1891), p. 53-59. Cf. La. 27 mart.

70° S. Mathiae apost. (f. 208ᵛ-9ᵛ).

Initium textus editi *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 437 sqq., scilicet num. 1-5 post med. (*in mari et in abyssis*). Haec exaravit manus alia saec. XII, quae vacuam reliquit alteram partem fol. 209ᵛ et totum folium 210ʳ.

Fol. 210ᵛ descripta est, pagina bipartita, saec. XIII-XIV charta Conradi abbatis Windbergensis data a. 1293.

Codex latinus Monacensis 22241.

Foliorum 203 (0ᵐ,36 × 0ᵐ,26).

71° S. Basilii ep. Caesariensis (f. 1).

Prologus nempe et initium indicis capitulorum. Haec ab ipso codicis scriba exarata sunt. Qui, ut videtur, mox animadvertit eundem textum in primo legendarii volumine iam descriptum esse; cf. supra, 3°.

72° " Achacii et sociorum eius lectiones in matutinis " (f. 1ᵛ-2).

Haec manu saec. XIV exarata sunt.

Inc.: *Licet, dilectissimi, cum omnium sanctorum meritis... Cum sub Adriano principe ad extinguendam...* Des.: *Locus in quo passi sunt gloriosi martyres mons est maximus et vocatur Ararath.*

73° * Breviarium huius libri * (f. 2v-3).

Index Vitarum seu kalendarium mensium aprilis, mai, iunii.

74° S. Theodosiae virg. (f. 3-8v) = La. 2 apr.

75° S. Ambrosii ep. (f. 8v-10v) = Wolfh. 3 apr., f. 37-38v. Cf. supra, p. 13.

76° SS. Chioniae, Hirenae et Agape virg. (f. 10v-13) = La. 5 apr.

77° SS. Andronici, Tarachi et Probi (f. 13-14) = Wolfh. 5 apr., f. 39v = La. 11 oct.

78° S. Sixti papae (f. 14) = Wolfh. 6 apr., f. 39v = Suppl. Adonis.

79° S. Caelestini papae (f. 14) = Wolfh. 8 apr., f. 40 = Suppl. Adonis.

80° S. Ezechielis prophetae (f. 14) = Wolfh. 10 apr., f. 40-40v.

81° S. Iulii papae (f. 14) = Wolfh. 12 apr., f. 40v = Ado et suppl. Adonis.

82° SS. Tiburtii et Valeriani (f. 14-15) = Wolfh. 14 apr., f. 41. Cf. supra, p. 13.

83° S. Aniceti papae (f. 15) = Wolfh. 16 apr., f. 41v = Suppl. Adonis.

84° S. Eleutherii ep. (f. 15-17v) = La. 18 apr.

85° S. Victoris papae (f. 17v-18) = Wolfh. 20 apr., f. 42v = Ado et suppl. Adonis.

86° S. Soteris papae (f. 18) = Wolfh. 21 apr., f. 43 = Suppl. Adonis.

87° S. Gai papae (f. 18) = Wolfh. 22 apr., f. 43 = Ado et suppl. Adonis.

88° S. Adalberti ep. Pragensis (f. 18-27) = La. 24 apr.

Ex hoc cod. ed. a Canisio, *Thes. monum.*, ed. Basnage, t. III, 1, p. 45-58.

89° S. Marci evang. (f. 27-28v) = La. 25 apr.

90° De S. Marco evang. (f. 28v-30).

Narratio ex variis libris, ut videtur, desumpta. Initio legitur vetus ille prologus in evangelium Marci ed. tum alibi, tum in nostro *Catal. Paris.*, t. I, p. 172, 17°, nempe ab initio usque ad *Deus est* (ibid., p. 175, lin. 10); sequitur prior pars cap. 8 Hieronymi *de viris illustribus*; tum describitur status ecclesiae Alexandrinae sub regimine Marci, exscriptis nimirum ad verbum longis locis ex Rufini versione *Historiae ecclesiasticae* Eusebii, lib. II, c. 16 et 17. Tum ita des.: *Mortuus est autem ipse Marcus XVIII Neronis anno et placite quiete sepultus Alexandriae, regnante D. N. I. C.*

91° S. Anacleti papae (f. 30) = Wolfh. 26 apr., f. 44 = Notkerus.

92° S. Marcellini papae (f. 30) = Wolfh. 26 apr., f. 44 = Ado.

93° Vita et translatio S. Richarii conf. (f. 30-33) = Wolfh. 27 apr. et 9 oct., f. 44v-46 et 103v-4 = La. 26 ap. Vid. appendices II et III.

In codice, sicut in La., miracula descripta sunt post narrationem de translatione.

94° SS. Vitalis, Protasii et Gervasii mart. (f. 33-35) = La. 19 iun.
95° " S. Theodorae mart. et Didymi monachi " (f. 35-37) = La. 28 apr.
96° S. Torpetis mart. (f. 37-39ᵛ) = La. 17 mai.
97° S. Ambrosii ep. (f. 39ᵛ-48) = La. 4 apr.

Sequitur, f. 48-49, narratio de paenitentia Theodosii desumpta fere ad verbum ex Cassiodori *Hist. trip.*, lib. IX, c. 30 (MIGNE, *P. L.*, t. LXIX, col. 1144 sqq.).

98° S. Sigismundi regis (f. 49-50ᵛ) = La. 1 mai.
99° S. Hieremiae proph. (f. 50ᵛ) = Wolfh. 1 mai, f. 47.
100° S. Iacobi apost. fratris Domini (f. 50ᵛ-52).

Pseudo-Abdiae *Hist. apost.*, lib. VI. FABRICIUS, *Cod. apocr. N. T.*, t. I, p. 594-608. Omissum est c. 1 et incipit c. 2 *Tempore quo una* (cf. R.-A. LIPSIUS, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. I, p. 132).

101° S. Philippi apost. (f. 52-53) = La. 1 mai.
102° S. Walpurgis virginis (f. 53-62ᵛ).

Miraculorum auct. Wolfhardo liber I et libri II, c. 1-6 med. Cf. HOLDER-EGGER, *MG.*, Ser. t. XV, p. 536. Cf. La. 25 febr. et 30 apr.

103° S. Athanasii ep. (f. 62ᵛ-63) = Wolfh. 2 mai, f. 47ᵛ-48 = Ado.
104° " Relatio de inventione salutiferae crucis " (f. 63-63ᵛ).

Initium Actorum Iudae Quiriaci editorum tum alibi, tum *Act. SS.*, Mai t. I, p. 445 sq. Sed habemus hic recensionem a vulgata paulo diversam. Incipit enim haec " Relatio ": *Apparitio quae ostensa est Constantino in regno suo. Septimo anno regni ipsius Constantini magni regis, mense ianuario, septima die mensis, congregati sunt multitudines barbarorum super fluvium qui vocatur Danubius* (cf. *Act. SS.*, t. c., p. 445, num. 1). Desinit autem : *Tunc omni affectu et gratiarum actione direxit propriam matrem in Orientem ad perquirendam crucem Christi et aedificanda sancta martyria Christi* (cf. ibid., num. 2 post med.). Est nempe hoc tandem exemplar latinum *Visionis Constantini* graece editae a GRETSERO, *Opp.*, t. II, p. 425-26.

105° " Quomodo inventa est crux Christi " (f. 63ᵛ-66ᵛ).

Pars sequens eorundem Actorum. Inc. : *Factum est in tempore illo, regnante Constantino magno rege, adveniente Ierosolimis Deo amabili matre eius...* Des. : *Beata autem Helena dona multa dereliquit episcopo Quiriaco... Quicumque vero memoriam faciunt sanctae crucis...* (cf. *Act. SS.*, t. c., p. 445-48, num. 3-14). Est hic textus latinus opusculi graece editi ab eodem GRETSERO, t. c., p. 426-29.

106° SS. Alexandri, Eventii et Theoduli (f. 66ᵛ-70ᵛ) = La. 3 mai.
107° S. Quiriaci ep. (f. 70ᵛ-71) = Wolfh. 4 mai, f. 49. Cf. supra, p. 14.
108° S. Floriani mart. (f. 71-72ᵛ) = La. 4 mai.

109° S. Gordiani mart. (f. 72v-73v) = La. 10 mai.
110° SS. Calepodii et Palmatii mart. (f. 73v-74v) = Wolfh. 10 mai, f. 50-51 = La. 9 mai.
111° SS. Piniani et Lucinae mart. (f. 74v-75) = Wolfh. 11 mai, f. 51-51v. Cf. supra, p. 14.
112° S. Mamerti ep. (f. 75-75v) = Wolfh. 11 mai, f. 51 = Ado.
113° " Gesta SS. Nerei et Achillei " (f. 75v-79) = La. 12 mai.

Act. SS., Mai t. III, p. 6-10, num. 1-15 init. *(breviterque intimabo).*

114° " Vita S. Petronellae virg. " (f. 79-79v) = La. 12 mai.

Act. SS., t. c., p. 10-11, num. 15 *(Petronellam itaque...)* et 16.

115° " Passio S. Nicomedis " (f. 79v) = La. 12 mai.

Ibid., p. 11, num. 17.

116° " Passio SS. Euticetis, Victorini, Maronis " (f. 79v-80v) = La. 12 mai.

Ibid., p. 11-12, num. 18-20.

117° " Passio Domitillae et Euphrosynae et Theodorae virg. et Sulpicii ac Serviliani " (f. 80v-81) = La. 12 mai.

Ibid., p. 12-13, num. 21-25.

118° S. Pancratii mart. (f. 81-82) = La. 12 mai.
119° S. Gangolfi mart. (82-86) = La. 13 mai.
120° SS. Victoris et Coronae mart. (f. 86-88).

Passio stilo diversa a Passione ed. *Act. SS.*, Mai t. III, p. 266-68, et similior illi quae legitur in cod. Parisinis 11757 et 14650. Cf. nostrum *Catal. Paris.*, t. III, p. 262.

Inc.: *In diebus Antonini pagani regis facta est persecutio christianorum sub Sebastiano comite Aegypti Alexandriae. Erat quidam vir miles a Cilicia, nomine Victor, christianus et timens Deum. Cui Sebastianus comes dixit...*

Des.: *Et quando decollatus est S. Victor, exivit de collo eius lac et sanguis. Et multi mirati sunt in illa die super omnia quae facta sunt ei. Multi autem videntes crediderunt in dominum Iesum Christum, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.*

121° S. Pachomii ab. (f. 88) = Wolfh. 14 mai, f. 52 = Ado.
122° " Relatio Pastoris presbyteri de S. Potentiana virg. " (f. 88-88v).

Mombritius, t. II, f. 213v-14.

123° S. Cononis mart. (f. 89-89v) = La. 29 mai.
124° S. Valentis ep. (f. 89v-90v) = Wolfh. 21 mai, f. 53-53v = La. 21 mai. Vid. appendicem IV.
125° S. Desiderii ep. (f. 90v-92v) = La. 23 mai.
126° S. Germani ep. Parisiensis (f. 92-93) = Wolfh. 28 mai, f. 54v-55. Cf. supra, p. 14.

127° SS. Sisinnii, Martyrii et Alexandri mart. (f. 93-93^{v}) = Wolfh. 29 mai, f. 55 = La. 29 mai.

128° S. Maximini ep. Treverensis (f. 93^{v}-97^{v}) = La. 29 mai.

Hunc codicem adhibuit Br. Krusch, l. c.

129° SS. Cantii, Cantiani et Cantianillae (f. 97^{v}-99^{v}).

Alia recensio Passionis ed. *Act. SS.*, Mai t. VII, p. 428-30.

Inc. prol.: *Agones sanctissimorum describere martyrum et eorum pro Domino narrare supplicium, illius est adorandum laudare suffragium...*

Inc.: *Gloriosi testes Christi Cantius, Cantianus simulque Cantianilla, praeclaris natalibus nobiles, nobiliore floruere gratia. Nam regali Anitiorum exorti progenie, Carino sibi parente, pio quondam principe, bono patre meliores extitere filii...*

Des. *Tunc sacerdos venerandus cognomine Zoilus sancta collegit corpora replens aromatibus, sicque demum illis apto locavit in loculo.*

130° SS. Senesii et Theopompi (f. 99^{v}-103) = La. 22 mai.

131° S. Symeonis mon. Treverensis (f. 103-9) = La. 1 iun.

132° SS. Marcellini et Petri mart. (f. 109-11^{v}) = La. 2 iun.

133° S. Blandinae virg. (f. 111^{v}-13^{v}) = Wolfh. 2 iun., f. 56-57^{v} = La. 2 iun.

134° S. Erasmi ep. (f. 113^{v}-16^{v}).

Act. SS., ad d. 2 iun., t. I, p. 213-16, nempe Passio integra. Cf. La. 3 iun.

135° S. Bonifatii mart. Tarsi (f. 116^{v}-19) = La. 5 iun.

136° S. Bonifatii ep. Moguntini (f. 119-31^{v}) = La. 5 iun.

137° S. Medardi ep. (f. 131^{v}-33) = La. 8 iun.

138° S. Columbae presb. (f. 133^{v}-57) = La. 9 iun.

Ex hoc codice Vitam edidit Canisius, l. c.

139° SS. Primi et Feliciani mart. (f. 157^{v}-60).

Act. SS., Iun. t. II, p. 152-54.

140° S. Getulii mart. (f. 160-61^{v}) = La. 10 iun.

141° SS. Basilidis, Tripodis et Mandalis (f. 161^{v}-62^{v}) = La. 10 iun.

142° SS. Nazarii et Celsi (f. 162^{v}-64).

Catal. Brux., t. I, p. 50-54, et quidem textus integer. Cf. La. 28 iul.

143° SS. Viti, Modesti et Crescentiae (f. 164-67).

Recensio cuius exempla valde similia iam invenimus, non solum in La. 15 iun., sed et in codicibus Parisinis 5278, 5306, 5322, 5323, 5593. Cf. nostrum *Catal. Paris*, t. I, p. 468, 47°; t. II, p. 53, 78°; p. 209, 35°; p. 218, 34°; p. 495, 12°.

Inc.: *Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum in provincia Licia Vitus puer beatissimus in infantia sua multas virtutes operabatur, timens Deum caeli et terrae, die ac nocte deprecans Deum...*

Des.: *Sic liberata est mulier ex aqua, et statim collegit corpora sanctorum et aromatibus condivit, et in eodem loco sepelivit eos in pace, regnante D.N.I.C., cui est honor...*

144° S. Paulini ep. Nolani (f. 167-69) = La. 22 iun.

145° S. Albani et sociorum eius mart. (f. 169-70ᵛ).

Ed. ex hoc cod. CANISIUS, *Thes. monum.*, ed. BASNAGE, t. IV, p. 167-68; *Act. SS.*, Oct. t. XIII, p. 345-47.

146° SS. Gallicani, Iohannis et Pauli (f. 170ᵛ-72) = La. 26 iun., secundo loco.

147° S. Symphorosae et septem filiorum eius (f. 172-73) = La. 27 iun.

Deest tamen in cod. clausula de qua supra, p. 67, l. c.

148° « Vita et martyrium S. Petri a Lino ep. conscriptum » (f. 173-179ᵛ).

Pseudo-Abdiae *Hist. apost.*, lib. I, cap. 1-19 med. (FABRICIUS, *Cod. apocr. Novi Test.*, II, 402-438). Sequuntur cap. 7-16 Passionis auctore Pseudo-Lino (LIPSIUS, *Acta apost. apocrypha*, t. I, p. 8-21), quibusdam tamen passim omissis. Insuper inter cap. 14 et cap. 15 Pseudo-Abdiae inserta est epitome capitum 2 et 3 Pseudo-Lini.

149° S. Pauli apost. (f. 179ᵛ-81).

Auctore Pseudo-Abdia. FABRICIUS, t. c., p. 441-56.

150° SS. apost. Petri et Pauli (f. 181ᵛ-87) = La. 29 iun. secundo loco.

151° S. Martialis ep. (f. 187-94ᵛ) = La. 30 iun.

152° S. Achatii et sociorum eius mart. (f. 195-99).

Act. SS., Iun. t. IV, p. 182-87; om. prologus. Descripta est haec passio manu saec. XIV; eadem vero manu scripta sunt tum (f. 199-99ᵛ) lectiones breves de iisdem martyribus, tum (f. 200-3ᵛ) eorundem officium et missa cum notis musicis. Inc. prima antiphona: *Laetetur ecclesia, quod per dena milia* (CHEVALIER, *Repert. hymn.*, n. 10107).

Codex latinus Monacensis 22242.

Foliorum 164 (0ᵐ,355 × 0,260), quae notata sunt 1-163; primum enim folium nullo numero signatum est. In huius parte recta legitur nota de qua supra, p. 97. Subiecit saec. XV/XVI, nebulo nescio quis non sine ironia: *Quis legit istum librum?*

153° « Breviarum unius (*sic*) libri » (f. 1ᵛ-1*bis*).

Index Vitarum seu kalendarium a die 1 iulii ad diem 15 augusti.

154° S. Sophiae et filiarum eius (f. 1*bis*ᵛ-3ᵛ) = La. 1 aug.

155° SS. Processi et Martiniani mart. (f. 3ᵛ-5) = La. 2 iul.

156° SS. Felicis, Irenaei et Mustiolae (f. 5-6ᵛ) = La. 31 iul.

157° S. Oudalrici ep. (f. 6ᵛ-18) = La. 4 iul.

158° S. Goaris conf. (f. 18-22) = La. 6 iul.

159° S. Willibaldi ep. Eichstetensis (f. 22-25) = La. 7 iul.

Vitam ex hoc cod. edidit Canisius l. c.

160° S. Kiliani et sociorum eius mart. (f. 25-29) = La. 8 iul.

Vitam ex hoc cod. cum Rebdorfensi collato ed. Canisius l. c.

161° S. Felicitatis et septem filiorum eius (f. 29-30) = La. 10 iul.

162° SS. Rufinae et Secundae virg. et mart. (f. 30-31ᵛ) = La. 10 iul.

163° Adventus et exceptio corporis B. Benedicti in agrum Floriacensem (f. 31ᵛ-35).

Act. SS., Mart. t. I, p. 302-5, scilicet textus integer. Cf. La. 11 iul.

164° Illatio S. Benedicti ab. (f. 35-40ᵛ) = La. 4 dec.

165° S. Margaretae virg. (f. 40ᵛ-45ᵛ) = La. 12 iul.

166° S. Alexii conf. (f. 45ᵛ-48).

Act. SS., Iul. t. IV, p. 251-53.

167° S. Arnulfi ep. (f. 48ᵛ-48ᵛ) = Wolfh. 18 iul., f. 72-72ᵛ. Cf. supra, p. 15.

Omisit scriba pauca quaedam verba, quae Wolfhardus narrationi praefationis loco praemiserat.

168° S. Arnulfi ep. (f. 48ᵛ-53ᵛ) = La. 16 aug.

169° S. Praxedis virg. (f. 53ᵛ-54).

Act. SS., ad d. 19 mai, t. IV, p. 300, num. 5-8. Cf. La. 21 iul.

170° S. Danielis prophetae (f. 54-54ᵛ) = Wolfh. 21 iul., f. 73.

171° S. Victoris mart. (f. 54ᵛ-56ᵛ) = La. 21 iul.

172° S. Apollinaris ep. Ravennatis (f. 56ᵛ-58ᵛ). Cf. La. 23 iul.

Act. SS., ad d. 23 iul., t. V, p. 344-50. Verum omissi sunt num. 1 et 2; num. 3-25, multis ubique resectis, in brevem epitomen contracti sunt; num. 26-35 fere ad verbum sunt exscripti.

173° S. Christinae virg. et mart. (f. 58ᵛ-64) = La. 24 iul.

174° S. Iacobi apost., fratris Iohannis evang. (f. 64-67) = La. 25 iul., primo loco.

175° S. Christophori mart. (f. 67-69ᵛ) = La. 25 iul.

Inc. vero : *In illo tempore, quo Dagnus rex regnabat in civitate Samon...*

176° S. Pantaleonis mart. (f. 69ᵛ-74). Cf. La. 28 iul.

Mombritius, t. II, f. 191-94. Verum ita inc. : *Regnante impio et iniquo Maximiano multi christianorum in montibus se abscondebant...;* et des. : *Spiculatores autem ad eum non sunt reversi. Reliquias autem beati martyris cum cinere arboris illius christiani rapuerunt et sepelierunt in eodem loco ubi decollatus est. Passus est autem sanctus Pantaleon in Nicomedia civitate et positus est foras muros in villa cuiusdam Adamanti scholastici in nomine D. N. I. C., cui est honor...* Cf. nostrum *Catal. Brux.*, t. I, p. 33, 53°.

177° SS. Simplicii, Faustini et Beatricis mart. (f. 74-75) = La. 29 iul.

178° S. Felicis papae et mart. (f. 75-75^v) = La. 29 iul.

179° S. Serapiae virg. et mart. (f. 75^v-77^v).

Act. SS., ad d. 29 aug., t. VI, p. 500-3, num. 1-11. Cf. La. 3 sept.

180° SS. Abdon et Sennes mart. (f. 77^v-80^v) = La. 30 iul.

181° SS. Maximae, Donatillae et Secundae (f. 80-80^v) = Wolfh. 30 iul., f. 76 = La. 30 iul.

182° S. Germani ep. Autisiodorensis (f. 80^v-81^v) = Wolfh. 31 iul. Cf. supra, p. 15.

183° S. Materni ep. Mediolanensis (f. 81^v-86) = La. 18 iul.

184° S. Amandi ep. Traiectensis (f. 86-87).

Epitome Vitae auct. Baudemundo. Inc.: *Amandus igitur sanctissimus vir ex Aquitaniae est partibus ortus...* Des.: *Sepultusque est honorifice in monasterio quod dicitur Helnone. In quo loco multa per orationes eius credentibus a Domino prestantur beneficia, et laudabitur ibi nomen D. N. I. C....*

185° S. Mariae Magdalenae (f. 87-87^v).

Sermo in quo nihil prorsus quod ad rem historicam pertineat. Inc.: *Licet, fratres carissimi, consideratione magnae pietatis intueri...*

186° S. Hermagorae ep. (f. 87^v-91).

Prologus : *Si quis unanimitatem - non separavit* (= *Act. SS.*, Iul. t. III, p. 252, num. 4 med. - num. 5 init., inserto loco qui ed. *ibid.*, p. 253, annot. *f*).

Incipit Passio: *Praedicante igitur beato Petro apostolo verbum D. N. I. C. per universum orbem terrarum, postquam altercatus est cum Simone mago una cum beato Paulo ante Neronem imperatorem in urbe Roma propter nomen D. N. I. C., imperante autem illis diebus Nerone Romae, beatissimi apostoli Petrus et Paulus passionem suscipientes cum martyrii gloria ad Dominum migraverunt. Audientes itaque alii apostoli de beatissimorum Petri et Pauli obitu, beatum* Marcum evangelistam Romam transmiserunt, ut eos, quos Petrus per eloquium Dei ad Christi perduxerat fidem, ipse eos suo confortaret verbo. Qui cum venisset in urbem Romam, plurimique * eum praedicantem audierant, universus populus, qui propter beatissimum Petrum tristi animo erant, viso sancto Marco, nimio gaudio repleti sunt. Cumque ibidem moratus esset plurimis annis, egrediens ab urbe coepit per civitates et per omne locum verbum Domini praedicare, ubi universum populum Deo acquisivit. Veniens apud civitatem Aquileiam, quae est ex Italiae civitatibus prima, multi in Christo crediderunt et baptizati sunt a beato Marco in nomine D. N. I. C. Cumque ibidem plurimo permaneret tempore, voluit iterum Romam reverti. Universus vero populus non eum permittebat inde ambulare. Qui confortans animum eorum eis episcopum ordinavit beatum Hermachoram. Qui beatissimus Hermachoras coepit...*

* add. alia manu.

* *que* add. alia manu.

Sequitur altera pars num. 5 et reliqua Passio, num. 6-22 (*Act. SS.*, t. c., p. 252-55).

187° Ad vincula S. Petri (f. 91-94) = La. 1 aug.
188° SS. septem Machabaeorum (f. 94-103v) = La. 1 aug.
189° S. Felicis mart. (f. 103v-4) = Wolfh. 1 aug., f. 76v-77 = Ado.

Neque omisit scriba exscribere ex W. locum ex *Libro pontificali*, de quo supra, p. 18.

190° S. Stephani papae (f. 104-8v) = La. 2 aug.
191° S. Theodotae cum tribus filiis (f. 108v-111v) = La. 2 aug.
192° Inventio S. Stephani protomart. (f. 111v-14v).

Epistula Luciani. Migne, *P. L.*, t. XLI, col. 808-16; convenit codex Windbergensis cum codice Germanensi (vid. praesertim, t. c., col. 808, not. 1, et col. 816, not. 5).

193° " Vita vel Passio S. Oswaldi regis et martyris a S. Beda presbytero " (f. 114v-21).

Bedae *Hist. eccl.*, lib. III, c. 1 - lib. IV, c. 4, omissis iis quae ad Oswaldum non spectant. Praemissa sunt pauca quaedam ex variis locis libri II eiusdem Bedae ad verbum excerpta. Inc. : *Oswaldus igitur rex christianissimus de gente Nordanhumbrorum...* Des. : *ac militis Christi natalicius dies missarum celebratione venerari.*

194. S. Sixti papae et sociorum eius mart. (f. 121-23).

Mombritius, t. II, f. 357-58.

195° SS. Donati et Hilarionis mart. (f. 123-29) = La. 7 aug.
196° S. Afrae et matris eius Hilariae mart. (f. 129-32v) = La. 7 aug.

Hunc codicem adhibuit Br. Krusch, l. c.

197° SS. Firmi et Rustici mart. (f. 132v-36). Cf. La. 9 aug.

Act. SS., Aug. t. II, p. 419-22, num. 1-14.

198° S. Laurentii mart. (f. 136-38v) = La. 10 aug.
199° S. Susannae virg. et mart. (f. 138v-44) = La. 11 aug.
200° S. Eupli mart. (f. 144-45) = La. 12 aug.
201° S. Hippolyti mart. (f. 145-47) = La. 13 aug.
202° S. Cassiani mart. (f. 147-47v) = La. 13 aug.
203° S. Wigberti ab. (f. 147v-52) = La. 13 aug.

Codicem nostrum adhibuit O. Holder-Egger, l. c.

204° " Vita S. Radegundis virginis " (f. 152-57v). Cf. La. 13 aug.

Auctore Fortunato, ed. Br. Krusch, *MG.*, Scr. rer. merov. t. II, p. 364-377, inspecto hoc codice.

205° S. Eusebii conf. (f. 157v-58v) = La. 14 aug.
206° SS. Felicis et Fortunati mart. (f. 158v-60) = La. 11 iun.
207° S. Servatii ep. Traiectensis (f. 160-62v).

Ed. Br. Krusch, *MG.*, Scr. rer. merov. t. III, p. 89-91, hoc codice adhibito.

Folium 163 scriptura vacat.

Codex latinus Monacensis 22243.

Foliorum 177 (0^m,36 × 0,26), quae signata sunt numeris 1-176; primum nempe folium numero caret. In ipsius parte recta scripta est nota de qua supra, p. 97.

208° „ Breviarium huius libri „ (f. 1^v).

Index Vitarum seu kalendarium a die 16 aug. ad diem 30 sept. Sequitur index alius brevior, Vitarum nempe quae post Vitam Hieronymi (30 sept.) fol. 107^v-176^v descriptae sunt, neque certae diei sunt assignatae.

209° S. Mammetis mart. (f. 1*bis*-3^v) = La. 17 aug.
210° S. Agapiti mart. (f. 3^v-5^v) = La. 18 aug.
211° S. Magni ep. Tranensis (f. 5^v-8^v) = La. 19 aug.
212° S. Symphoriani mart. (f. 8^v-11) = La. 22 aug.
213° S. Bartholomaei apost. (f. 11-12) = La. 24 aug., primo loco.
214° S. Genesii mart. (f. 12-14) = La. 25 aug.
215° S. Alexandri mart. (f. 14-15) = La. 26 aug.
216° S. Augustini ep. Hipponensis (f. 15^v-29^v) = La. 28 aug.
217° S. Sabinae virg et mart. (f. 29^v-30) = Wolfh. 29 aug., f. 88^v = Ado.
218° In decollatione S. Iohannis Baptistae (f. 30-30^v) = Wolfh. 29 aug., f. 88^v-89.

Narratio de vita et morte Iohannis Baptistae desumpta ex Evangeliis et ex Iosephi *Antiq. Iud.* — In codice autem Windbergensi ante ultimam Wolfhardi sententiam (*Passus est...*) insertum est paene totum cap. 28 lib. II *Historiae ecclesiasticae* Rufini (*Iuliani temporibus... — ... aurea tecta consurgerent*).

219° SS. Felicis et Ianuarii mart. (f. 30^v-31^v).

Passio Felicis Tubzacensis. *Act. SS.*, Oct. t. X, p. 625-28, scilicet recensio brevior.

220° „ De duobus fratribus „ [h. e. de SS. Victorino et Severino] (f. 31^v-32^v) = La. 5 sept.
221° S. Adriani mart. (f. 32^v-39^v) = La. 8 sept.
222° SS. Felicis et Regulae mart. (f. 39^v-41).

Hottingerus (I.-H.), *Historia ecclesiastica Novi Test.*, t. VIII (1667), p. 1056-61. Cap. 4 in codice paulo pluribus verbis descriptum est. Insuper post ultima verba edita: *cum magna gloria requiescunt*, sequuntur sollemnes clausulae: *Quo in loco... Passi sunt autem... Celebritas vero passionis illorum...*

223° S. Cornelii papae et mart. (f. 41-41^v) = La. 14 sept.
224° S. Cypriani mart. (f. 41^v-42^v) = La. 14 sept.

225° De exaltatione sanctae crucis (f. 42v-44) = La. 14 sept.
226° S. Euphemiae virg. et mart. (f. 44-49) = La. 16 sept.
227° S. Lamberti ep. Traiectensis (f. 49-56) = La. 17 sept. primo loco.
228° S. Eustachii mart. (f. 56-61) = La. 2 nov.
229° S. Matthaei apost. (f. 61-65) = La. 21 sept.
230° « Historia et passio Thebeae legionis » (f. 65-67v).

Ed. Br. Krusch, Scr. rer. merov. t. III, p. 32-40, inspecto hoc codice. Additus est locus ed. ibid., p. 40-41, app. II, seu *Act. SS.*, Sept. t. VI, p. 341, num. 199-200.

231° S. Emmerammi ep (f. 67v-74) = La. 22 sept.
232° Passio S. Mauritii et sociorum eius (f. 74-77).

Textus retractatus ed. apud Surium, ad d. 22 sept., nempe, omisso prologo, cap. 1-8 et duae primae sententiae cap. 9. Sequuntur cap. 74 et 75 libri Gregorii Turonensis *In gloria martyrum*, usque ad *cognovi presbytero* (cf. supra, p. 81, ad d. 22 sept.); tandem addita est clausula *Haec tantum - saeculorum. Amen*, quam vid. in nostro *Catal. Brux.*, t. II, p. 68, lin. 21-31.

233° Sermo de eodem (f. 77-78).

Inc. *Hodierna sollempnitas*... Cf. *MG.*, Scr. rer. merov. t. III, p. 28.

234° Alius sermo (f. 78-80).

Inc. *Sacra haec hodierna sollempnitas*... Cf. ibid.

235° Passio SS. Cypriani et Iustinae (f. 80-84) = La. 26 sept., secundo loco.
236° Confessio S. Cypriani ep. (f. 84-90v)= La. 26 sept., primo loco.
237° SS. Cosmae et Damiani mart. (f. 90v-93v) = La. 27 sept.
238° S. Wenceslai mart. (f. 93v-102v).

Eadem quae legitur in cod. Bruxellensi 206, fol. 7v-12.

Inc. prol.: *Oportet nos, fratres carissimi, vitam et passionem sancti Wenzezlai martyris Christi fideliter considerare...*

Inc.: *Sub regno gloriosissimo Romanorum quandam regionem scimus esse nomine Bohemiam eamque Sclavanicis incolis, scilicet strenuis et bellicis viris, inhabitatam...*

Des.: *ubi felix inter choros sanctorum sine fine laetatur. Triumphavit vero gloriosus martyr IV kal. octobres auxilio summi regis caelorum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

239° In festivitate S. Michaelis archangeli (f. 102v-4v) = La. 29 sept.
240° S. Hieronymi presb. (f. 104v-7v).

Migne, *P.L.*, t. XXII, col. 175-84.

241° S Corbiniani ep. Frisingensis (f. 107v-19v) = La. 8 sept.
242° SS. Siri et Iventii ep. (f. 119v-26) = La. 12 sept.
243° S. Fidis virg. et mart. (f. 126-28v) = La. 6 oct. primo loco.

244° S. Magni conf. (f. 128v-41) = La. 6 sept.
245° S. Aegidii conf. (f. 141-45) = La. 1 sept.
246° S. Antonini mart. Apameensis (f. 145-48) = La. 2 sept.

Non tamen additi sunt versiculi : *Germine...*

247° " Wallanfridi Vita B. Galli " (f. 148-61v) = La. 16 oct.
248° Miracula S. Galli (f. 161v-72v) = La. 16 oct.
249° " Walanfridi Vita S. Otmari " (f. 172v-96v) = La. 16 nov.

Scilicet tota Vita.

Codex latinus Monacensis 22244.

Foliorum 191 (0m,36 × 0m,26), quae notata sunt 1-189; primum enim et ultimum folium nullo numero signata sunt.

250° " Breviarium huius libri " (f. 1v-1*bis*).

Index Vitarum seu kalendarium a d. 1 octobris ad d. 17 novembris. — Fol. 1*bis*r legitur nota de qua supra, p. 97, tum etiam narratio de inventione et translatione reliquiarum S. Wolfkangi, de qua *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 587, not. 16.

251° S. Remigii ep. (f. 1-23) = La. 1 oct.
252° " S. Germani Augustudunensis ep. " (f. 23-24v) = La. 28 mai, tertio loco.
253° S. Germani Autisiodorensis ep. (f. 24v-26) = La. 28 mai, secundo loco.
254° S. Vedasti ep. (f. 26-30) = La. 1 oct.

Codicem inspexit Br. Krusch, l. c.

255° Sermo de S. Vedasto (f. 30-31).

Alcuini nempe. *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 800.

256° S. Leodégarii ep. (f. 31-41) = La. 2 oct.
257° SS. Sergii et Bacchi mart. f. 41-45v) = La. 7 oct.
258° Sermo de S. Dionysio et sociis (f. 46-48).

De quo *Anal. Boll.*, t. XI, p. 260-61, 62°. Praemissi sunt versiculi, qui inc. : *Alma Dionisii hic recitatur vita beati.*

259° Passio SS. Dionysii et sociorum (f. 48v-51).

Act. SS., Oct. t. IV, p. 792-94.

260° SS. Gereonis et sociorum (f. 51-54) = La. 9 oct.
261° S. Burchardi ep. (f. 54-56) = La. 10 oct.

Hunc codicem adhibuit O. Holder-Egger, l. c.

262° S. Callisti papae (f. 56-56v) = Wolfh. 14 oct., f. 104v = Ado.
263° S. Fortunatae virg. et mart. (f. 56v-60v) = La. 14 oct.

264° S. Lulli ep. (f. 60ᵛ-68) = La. 16 oct.

Hoc codice usus est O. Holder-Egger, ll. cc.

265° De S. Gallo Christi confessore (f. 68-69).

Mabillon, *Acta*, saec. II, p. 230-31, nempe cap. 1-3 Vitae auct. Walahfrido (cf. supra, 247°).

266° S. Lucae evang. (f. 69-71ᵛ).

Homilia Pauli diaconi. Migne, *P.L.*, t. XCV, col. 1530-35.

267° SS. Ianuarii et sociorum mart. (f. 71ᵛ-75) = La. 19 oct.

268° S. Pelagiae paenitentis (f. 75-78ᵛ) = La. 8 oct.

269° SS. undecim milium virginum (f. 78ᵛ-82).

Act. SS., Oct. t. IX, p. 157-61, num. 1-17. Cf. La. 21 oct.

270° Sermo de eisdem virginibus (f. 82-84ᵛ).

Ibid., p. 154-55.

271° S. Severi ep. (f. 84ᵛ-89ᵛ) = La. post 21 oct.

272° SS. Crispini et Crispiniani mart. (f. 89ᵛ-91ᵛ) = La. 25 oct.

273° S. Amandi ep. Traiectensis (f. 91ᵛ-92ᵛ) = supra, 184°.

274° SS. apost. Simonis et Iudae (f. 92ᵛ-98) = La. 28 oct.

275° S. Narcissi ep. (f. 98-98ᵛ) = Wolfh. 29 oct., f. 107 = La. 29 oct.

276° S. Quintini mart. (f. 98ᵛ) = Wolfh. 29 oct., f. 108-8ᵛ = La. 31 oct.

277° S. Wolfkangi ep. (f. 99-110ᵛ) = La. 31 oct.

Adhibitus est codex noster ad ed. cit.

278° S. Mariae mart. (f. 111-13ᵛ) = La. 1 nov.

279° S. Benigni mart. (f. 113ᵛ-15).

Act. SS., Nov. t. I, p. 155-58.

280° S. Caesarii mart. (f. 115-17) = La. 1 nov.

281° S. Pirminii ep. (f. 117-21ᵛ) = La. 4 nov.

Adhibitus est hic codex ad utramque ed. cit.

282° S. Willibrordi ep. (f. 121ᵛ-28) = La. 7 nov.

283° Sermo de S. Willibrordo (f. 128-29) = La. 7 nov.

284° S. Domnini mart. (f. 129-30) = La. 9 oct.

285° SS. Quattuor Coronatorum (f. 130-34) = La. 8 nov.

286° S. Hildulfi ep. (f. 134-36ᵛ) = La. 11 iul.

Omissus est nempe in hoc etiam codice totus locus : *Siquidem reputabat - libentissime collaboravit.*

287° * Memoria sanctae crucis * (f. 137-38) = La. 9 nov.

Incipit cod. ut M.

288° S. Theodori mart. (f. 138-40) = La. 9 nov.

289° S. Mennae mart. (f. 140-42ᵛ) = La. 11 nov.

290° S. Othmari abb. (f. 142ᵛ-46ᵛ) = supra, 249°.

291° S. Dionysii ep. Alexandrini (f. 146v-47) = Wolfh. 17 nov., f. 111v = La. 17 nov.

In hoc cod. nihil de S. Aniano, neque de Asciscla et Victoria.

292° Vita S. Gregorii ep. Caesariensis (f. 147-55v) = La. post 13 nov., secundo loco.

293° Sermo de S. Gregorio ep. Caesariensi (f. 155v-57) = La. ibid., tertio loco.

294° S. Aniani ep. (f. 157-59v).

Ed. Br. Krusch, *MG.*, Scr. rer. merov. t. III, p. 108-17, inspecto hoc codice.

295° S. Theudarii conf. (f. 159v-62) = La. 8 apr.

Codicem inspexit etiam ad hanc Vitam edendam Br. Krusch, l. c.

296° S. Leonardi conf. (f. 159v-62) = La. 6 nov.

Excerpta adhibito hoc cod. ed. Br. Krusch, t. c., p. 396-99.

297° Vita S. Godehardi ep. (f. 167-84) = La. 5 mai.

Hunc etiam codicem adhibuit Pertzius, l. c.

298° S. Georgii mart. (f. 184-89v) = La. 24 apr., secundo loco.

Fol. 190 scriptura vacat.

Codex latinus Monacensis 22245.

Foliorum 179 (0m,36 × 0,26), quae summa cum neglegentia numeris signata sunt. Hic est nempe numerorum ordo: 1-104, 105-114, iterum 105-114, 115-119, 146, 152-200; neque tamen desunt ulla folia.

299° Index Vitarum, qui minus accurate descriptus est, neque kalendarii formam exhibet (f. 1).

300° S. Caeciliae virg. et mart. (f. 1v-8v) = La. 22 nov.

301° S. Longini mart. (f. 8v-10) = La. 15 mart.

302° S. Clementis papae (f. 10-12v) = La. 23 nov.

303° S. Columbani abb. (f. 12v-28) = La. 23 nov.

304° Vita S. Anastasiae et Passio S. Chrysogoni (f. 28-30v).

Mombritius, t. I, fol. 200v-201v. Cf. La. 25 dec. Post ultima verba (*a S. Zoilo presbytero die V. kal. dec.*), fit transitus ad sequentem Passionem his verbis: *Unus quidem liber esse cognoscitur, sed passio sancti Chrysogoni in isto loco terminum fecit.*

305° Passio S. Anastasiae (f. 30v-33v).

Bibliotheca Casinensis, t. III, floril. p. 179-80. Incipit: *In tempore illo dum diversa multitudo christianorum esset in ergastulis, Diocletiano imperatori suggestum est, et iussit omnes una die interfici...* (ibid., p. 179, col. 2 med.)

306° * Passio Alexandri ep. et mart. „ (f. 33ᵛ-34) = Wolfh. 25 nov., f. 114ᵛ-15 = La. 25 nov., nempe de Petro ep. Alexandrino.
307° S. Lini papae (f. 34) = Wolfh. 26 nov., f. 115 = La. 26 nov.
308° S. Alexandri ep. et mart. (f. 34ᵛ-35) = Wolfh. 26 nov., f. 115-116 = La. 26 nov.
309° S. Gregorii III papae (f. 35) = Wolfh. 28 nov., f. 116 = suppl. Adonis.
310° SS. Chrysanti et Dariae mart. (f. 35-41ᵛ) = La. 1 dec.
311° SS. Saturnini, Sennis et Sisinnii (f. 41ᵛ) = Wolfh. 29 nov., f. 116ᵛ = Ado.
312° S. Saturnini ep. Tolosani (f. 41ᵛ-42) = Wolfh. ibid. = Ado.
313° Vita vel Passio S. Andreae apost. (f. 42-54).

Pars prior ed. ap. FRID. NAUSEA, *Anonymi philaleti eusebiani in Vitas apostolorum rapsodiae* (1531), f. 9-22ᵛ; altera vero a v. cl. M. BONNET, in *Anal. Boll.*, t. XIII, p. 374-78.

314° S. Soli monachi (f. 54-60) = La. 3 dec.

Codicem hunc adhibuit O. HOLDER-EGGER, l. c. Illo etiam usus est CANISIUS. Cf. *Thes. mon.* ed. BASNAGE, t. II, 2, p. 163.

315° S. Leobae virg. (f. 60-68ᵛ) = La. 28 sept.

Codice usus est O. HOLDER-EGGER, l. c.

316° S. Barbarae virg. et mart. f. 68ᵛ-70) = La. 4 dec.
317° S. Nicetii ep. Treverensis (f. 70-73ᵛ) = La. 1 oct.
318° Vita S. Nicolai ep. (f. 73ᵛ-82).

MOMBRITIUS, t. II, f. 161ᵛ-67ᵛ, col. 2 extr. (*remearunt ad propria.*)

319° Vita S. Nicolai (f. 82-95) = La. 6 dec. primo loco.
320° Translatio S. Nicolai ep. (f. 95-99ᵛ) = La. 6 dec. secundo loco.
321° S. Euticiani papae (f. 99ᵛ) = Wolfh. 8 dec., f. 119ᵛ = Ado et suppl. Adonis.
322° SS. Eucharii, Valerii et Materni ep. (f. 99ᵛ-104ᵛ) = La. 11 dec.
323° S. Lupi ep. Senonensis (f. 104ᵛ-8) = La. 25 sept.
324° S. Leocadiae virg. et mart. (f. 108-8ᵛ).

FLOREZ, *España sagrada*, t. VI, p. 315-17. Ultima pars paulo brevius conscripta est, sic nempe : ... *Domino consecravit. Cum haec fama ad sanctam Leocadiam pervenisset, genibus positis, in carcere loco confessionis oravit et suum spiritum Domino consecravit, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

325° S. Melchiadis papae (f. 108ᵛ-9) = Wolfh. 10 dec., f. 120 = Suppl. Adonis.
326° S. Damasi papae (f. 109) = Wolfh. 11 dec., f. 120ᵛ = Ado et suppl. Adonis.
327° S. Luciae virg. et mart. (f. 109ᵛ-10ᵛ) = La. 13 dec.
328° S. Ottiliae virg. (f. 110ᵛ-114ᵛ et 105 *bis*-106 *bis*) = La. 13 dec.

329° S. Luceiae virg. et mart. (f. 106 *bis*-106 *bis*ᵛ).

Act. SS., Iun. t. V, p. 13-14.

330° S. Thomae apost. (f. 106 *bis*-114 *bis*ᵛ et 115-116ᵛ).

Max Bonnet, *Acta Thomae*, p. 96-132.

331° S. Victoriae virg. et mart. (f. 116ᵛ-118ᵛ).

Anal. Boll., t. II, p. 157-60.

332° Vita vel Passio S. Eugeniae virg. (f. 118ᵛ, 119, 146, 152-156). Cf. La. 13 sept.

Migne, *P. L.*, t. LXXIII, col. 605-17, cap. 1-21.

333° Passio S. Eugeniae virg. (f. 156-58). Cf. La. 13 sept.

Migne, t. c., col. 617-20. cap. 22-30. Ultima pars cap. 30 paulo pluribus verbis scripta est : *Et ecce loquenti ei facta est claritas immensa, quam oculi sufferre non poterant, et angeli transeuntes hymnum dicebant Deo inenarrabiliter. Die dominica autem, mysteriis celebratis, in oratione posita beatissima Claudia mater sanctae Eugeniae emisit spiritum. In qua hora auditi sunt angeli hymnum dicentes Deo atque canentes in aere, ita dicentes : " Confitebuntur caeli mirabilia tua, Domine, et veritatem tuam " in ecclesia sanctorum. " His ita gestis, Deo Patri omnipotenti laudes et gratias referamus per D. N. I. C...*

334° " Descriptio qualiter protomartyris Stephani brachium ad civitatem Bisonticam sit delatum tempore Theodosii minoris imperatoris " (f. 158-60ᵛ).

Initium et finis ed. in nostro *Catal. Brux.*, t. I, p. 75-76. cap. 1-6; media vero pars apud I.-I. Chifflet, *Vesuntio* (1618), II, p. 101-4.

335° " Qualiter brachium S. Stephani furatum et Danubio flumine proiectum mirabiliter sit inventum " (f. 160ᵛ-62).

Catal. Brux., t. c., p. 76-79, cap. 7-11 (p. 79, lin. 15).

336° " De negotiatore qui cecidit de monte " (f. 162-62ᵛ).

Ibid., p. 79, cap. 12.

337° " De Lantperto Lingonensi " (f. 162ᵛ-63).

Ibid., p. 79-80, cap. 13.

338° " Gregorius Turonensis haec de B. Stephano " (f. 163-63ᵛ).

In gloria martyrum, cap. 33 prima pars usque ad : *reliqueram obseratam* (ed. Krusch, p. 508).

339° " De miraculo Bituricae ecclesiae facto " (f. 163ᵛ).

Eiusdem capitis pars altera (*Pars enim sanguinis — virtus beati perpatuit*).

340° " Item aliud apud Burdegalensem actum urbem " (f. 163ᵛ-64).

Ultima pars eiusdem capitis.

341° " Item aliud Augustuduni factum in ecclesia S. Stephani " (f. 164-64ᵛ).

Gregorii Turonensis liber *In gloria confessorum*, cap. 72 (ed. KRUSCH, p. 790-91).

342° Epistula Aviti presbyteri ad Walconium papam (f. 164v-65).

MIGNE, *P. L.*, t. XLI, col. 805-8.

343° Liber miraculorum S. Stephani protomartyris (f. 165-70).

Liber primus Evodii Uzalensis. MIGNE, t. c., col. 833-42.

344° De virtutibus S. Iohannis apostoli et evangelistae (f. 170-80).

Auctore Pseudo-Abdia. Inc. ut in cod. Parisino 3779. Cf. nostrum *Catal. Paris.*, t. I, p. 271, 3°, et R.-A. LIPSIUS, *Die apokryphen Apostelgeschichten*, t. I, p. 131.

345° S. Theogenis mart. (f. 180-81v).

Alia recensio Passionis ed. *Act. SS.*, Ian. t. I., p. 134-35.

Inc.: *Cum multi martyres vicerunt adversarii virtutes, propterea quod in nomine Domini Dei magnificati sunt; in hisdem meruit etiam martyr Theogenis deputari, omni modo colluctatus adversus inimicum. Secundo autem tempore regis Licinii tentus inter tirones Theogenis in Frigia, cum esset etiam episcopi filius, adductus est in legione secunda Tragiana sub tribuno Zilicincio et praeposito Possidonio...*

Des.: *Et tulerunt corpus eius integrum de mari viri fideles et pertinentes ad Dominum, et vestito eo absconse miserunt eum in locellum, et adduxerunt per noctem et ad murum civitatis in locum qui est secus domum Adamanti viri fidelissimi, et ibi eum sepelierunt. In quo loco nunc fiunt sanitates magnae, daemoniosi purgantur, febricitantes sanantur, similiter et alii quam plures languores sanantur in gratia quae data est illi a Domino per I. C. D. N. Fecit autem in carcere quadraginta dies nihil gustans neque bibens aquam. Habebat enim de caelo alimoniam suam. Haec ergo in omnem populum Dei legatur confessio beati martyris, ut fratres multi credant, infideles et dubios circa verbum hortentur, credentes in Deum per I. C. D. N. Haec acta sunt III kal. ianuarias, regnante D. N. I. C., cui est gloria et potestas in saecula saeculorum. Amen.*

346° S. Silvestri papae (f. 181v-97v).

MOMBRITIUS, t. II, f. 279v-93r, col. 1, lin. 7 a fine (*et inaestimabilem affluentiam gaudiorum*). Sequuntur loci editi in nostro *Catal. Brux.*, t. I, p. 254, et p. 119-20.

347° S. Columbae virg. et martyr. (f. 197v-98v).

Epitome Passionis ed. in nostro *Catal. Brux.*, t. I., p. 302-6. Eadem epitome legitur in codice Bruxellensi 7984; cf. ibid., t. II, p. 179, 4°.

Inc.: *In diebus illis adveniens Aurelianus imperator de partibus Orientis, cum paganus esset et idola coleret, ingressus est civitatem Senonas die VIII kal. ian., et coepit inquirere quis ibidem esset christianus. Cui ex officio nuntiatum est Columbam quandam christianae religioni deservire...*

Des. : *Unus autem eiusdem civitatis miles, nomine Baruca, dedit aliis viginti denarios, et permiserunt eum, et abstulit caput eius. Acta sunt autem haec apud Senonas civitatem II kal. ian. sub Aureliano imperatore, regnante D. N. I. C., cui est honor...*

348° Vita Septem Dormientium (f. 198v-200).

Epitome Vitae ed. *Bibl. Casin.*, t. III, floril. p. 252-59.

Inc. : *In diebus illis, cum regnaret Decius imperator, descendit in civitatem Constantinam, et congregavit ante se multitudinem civitatis, praecipiens idolis sacrificari ; et fumus hostiarum tamquam nebula implevit omnem civitatem tenebris et caligine nidoris...*

Des. : *Et imperator iussit inauratis lapidibus ornari locum ubi erant sancti, et dimisit eos in loco ipsorum. Facta est autem congregatio episcoporum, et fecerunt ibi memoriam et festivitatem sanctorum martyrum illorum. Theodosius vero imperator glorificans Deum in miraculo quod viderat in martyribus sanctis. Gratia et misericordia Patri et Filio et Spiritui sancto cum omnibus fidelibus sanctam confitentibus Trinitatem et credentibus resurrectionem mortuorum per omnia saecula saeculorum. Amen.*

ADDENDA

— Supra, p. 29, lin. 1, lege " manus saec. XIV ".

— Supra, p. 35, contra Martinum Kropffium ostendere nisi sumus a Christophoro Lieb nequaquam conscriptum esse volumen Legendarii, quod historias sanctorum mensis ianuarii et februarii complexum esset, dudum vero pessum ivisset. Postea autem animadvertimus ipsum Christophorum pro. nobis testimonium dicere. Scripsit enim fol. 83v codicis M. 6 : *Legendam S. Simphorose require in secundo libro quem ego scripsi de sanctis* (vid. supra, p. 71, not. 1); cum autem illa Legenda legatur fol. 246-47 codicis M. 5, manifestum est codicem M. 4, quo continentur menses martius et aprilis, primum esse, quem scripserit Christophorus.

— Quae supra, in infima p. 46, de spurio opusculo a Chrysostomo Hanthaler edito scripta sunt, iam typis erant impressa, cum accepimus egregiam commentationem v. d. M. Tangl, *Die Fälschungen Chrysostomus Hanthaler* (Mittheilungen des Instituts für oesterreichische Geschichtsforschung, t. XIX, p. 1-54); in qua de falsis opusculis Campililiensibus deque eorum auctore optime et luculenter dictum est. Additum est etiam (tab. II) specimen fol. 151v codicis Campililiensis 58. De scriptura falsarii antiquiorem manum imitantis vid. quae notavit Tangl *ibid.*, p. 9-10 et p. 54.

— P. 80, ad d. 12 et ad d. 13 septembris, adde stellulam (*).

APPENDICES

Quae sive in martyrologio Wolfhardi, sive in Legendariis austriaco et Windbergensi repperimus documenta adhuc inedita, eorum praecipua quaeque hic iam subicienda esse putavimus. Quamvis enim multum absit ut ea omnia vel etiam pleraque in monumentorum historicorum censum venire possint, non tamen ideo neglegenda erant, cum alia de sanctorum alias vix non ignotorum historia nos utcumque doceant, alia legendarias narrationes lectu haud indignas exhibeant, pleraque porro eiusmodi sint, quae rei saltem litterariae curiosis accepta fore videantur.

I. DE S. EPIPHANIO EP. TICINENSI

(Cf. supra, p. 12 et p. 102).

Exstat haec narratio in martyrologio Wolfhardi (= Wo) in octo capitula seu lectiones distincta, quarum ultima ceteris multo est longior; ex martyrologii autem exemplari emendatiore, quam Monacense est, exscripsit eandem collector Legendarii Windbergensis (= Wi), praefixo lemmate: *Vita S. Epiphanii episcopi,* dum martyrologio haec solummodo inscripta sunt: *Eodem die.*

Neque est haec Epiphanii Vita, verum narratio rerum quas ultimis diebus vitae ille gessit, quaeque ab Ennodio in Vita Epiphanii §§ 175-196 sunt relatae (1). Quam narrationem cum primum legebamus et cum Ennodiana conferebamus, mirabamur tam accurate anonymum nostrum scripsisse, tam bene eundem cum Ennodio congruere, quamvis pauca prorsus verba utrique sint communia; atque quisnam ille esset, quo tempore vixisset, an totam Epiphanii Vitam scripsisset, inquirebamus. Dum autem dubii haerebamus, ecce in locum quendam Christophori Broweri incidimus, quo certiores sumus facti auctorem libelli nostri esse clericum illum Hildeshemensem, qui post an. 984 de corpore S. Epiphanii an. 964 Hildeshemium translato libellum conscripsit (2); quin etiam narrationem, quam iam edituri sumus, esse huiusce libelli partem priorem hactenus ineditam. Ita nempe Browe-

(1) *Ennodii opera* ed. F. Vogel, *MG.*, auct. ant. t. VII, p. 106-9. — (2) Ed. Chr. Browerus, *Vita S. Bernwardi XIII Hildesheimensis ecclesiae episcopi* (1616), p. 75-81; G.-H. Pertz, *MG.*, Scr. t. IV, p. 248-51.

rus in primo suo scholio in Translationem S. Epiphanii (1) : " Scriptor huius „ translationis testem se aetatis, qua magnus Otto floruit, aequalem ostendit. Ex „ S. Epiphanii vita partem extremam desumpsit, quae de gallica legatione nobili „ comitatum triumpho, omni scilicet iuventute Liguriae, quam Gothi attinuerant, „ redempta et asserta, Ticinum deducit, atque inde magno omnium desiderio et „ luctu extinctum caeloque receptum scribit, narratione ab ea Vita, quam Enno- „ dius scripsit, non tam sententia quam verbis discrepante, quam nos, ceu huic „ instituto alienam, sponte praeteriimus ".

Iam vero hanc partem, quam praetermisit Browerus, eam esse quam iam subicimus, ipsam legenti manifestum erit, praesertim cum in ea sub initio occurrant ipsa verba quae Browerus, cum illam narrationem paucis contraheret, retinuit : *Beatus itaque Epiphanius... illo nobili comitatus triumpho, fere scilicet omni iuventute Liguriae...*

Testatur Pertzius se ex eodem exemplari, quo olim usus erat Browerus, editionem suam Translationis parasse, codice nempe saec. XV, olim Sancti Michaelis Hildeshemensis, qui tum in bibliotheca Hermanni Adolfi Lüntzel servabatur (2). Verum cum de priore libelli parte ne verbo quidem meminerit vir doctissimus, codicem illum inspicere cupivimus. Et quia litteraria Lüntzelii suppellex in publicas Hildeshemenses collectiones transierat, litteris datis hac de re bibliothecae Hildeshemensi praefectos interrogavimus; a quibus responsum est perhumaniter codicem illum, quo Translatio Epiphanii continebatur, non iam repertum esse.

1. Beatus itaque Epiphanius dissolutionis suae tempus spiritu longe ante praenoscens, postquam de Gallia[1], legatione functus Theoderici[2] Italiae principis, illo nobili comitatus triumpho, fere scilicet
Ennodius § 175. omni iuventute Liguriae, remeavit, quam ipse venerabilis pater a Gundebado[3] captam absolvens secum perduxit ad patriam, Ticini quietus residere disposuit, quo obitus sui diem[4], quem appropiare noverat, continuis vigiliis ieiuniisque intentus securior exspectaret.

2. Litteris denique regi Ravennam, ubi tunc morabatur, directis,
Enn. 179. ordinem legationis aperuit. Nam per se illum, ne pro absolutione civium grates videretur vel laudem poscere, videre refugit. Apud quem et omnem Liguriam tributis absolvit, quia tanta in illo exstitit auctoritas, ut plus illi imperaret quod vellet, quam peteret.

3. In praefato vero loco vir beatus in cellula ecclesiae contigua, sed a populari frequentia remota, cum suis residens, sancta animum meditatione pascebat, ita divinis animo intentus, adeo spe et desi-
Cf. Enn. 29. derio supernis coniunctus[1], ut, quasi se hominem nesciret, vix

1. — [1] Galilea *Wo.* — [2] Theodorici *Wi.* — [3] Gundebabo *Wi*; Gundebaudo *Wo.* — [4] *om. Wo.*
3. — [1] iniunctus *Wo.*

(1) Tom. cit., p. 103. — (2) *MG.*, Scr. t. IV, p. 248.

umquam corporeae imbecillitati indulgeret. Quotiens tamen cum sibi familiaribus illo suo nobili convivio, id est pane, interdum quoque sine salis condimento iucundabatur, si forte interim lectio conquievit, quod quidem raro contigit, sermo eius non alius nisi de contemptu mundi fuerat, praesentemque gloriam calcare et ad superna gaudia semper festinare.

4. In hac quietis tranquillitate beato viro necdum biennio adplene [Enn. 182.] constituto, ecce subito omnis manus Ligurum, omnis dignitas, universa nobilitas eius sacris vestigiis ingenti luctu prostrata se crudelius [Cf. Enn. 53.] multo quam ante regali[1] tributo rursus perurgeri proclamant, sine veniae respectu in illos debacchari barbara et inaudita saevitia, etiam matrimoniorum suorum illos terminis proturbari[2].

5. *Scimus,* inquiunt, *quod iam toto animo Christo*[1] *es coniunctus in*[1] *caelo; sed cur, quod ante non feceras, pro tuorum defensione pergere tardas? Anne sanctae quietis interrumpitur otium, ubi sanctae*[1] *pietatis exhibetur officium? Satis est quandoque, dum pastore nostro destituemur, dum tua presentia orbabimur, si hostili tunc gladio*[2] *consumimur vel a naturali solo sub omni vento exsulamus, modo liceat tute vivere, liceat tute degere, dum te intuemur dumque tuae auctoritatis aspectibus munimur.*

6. His fletibus suorum praesul sanctus ad lacrimas usque compunctus, licet diem sibi extremum imminere non nesciret, proficisci tamen illorum causa non abnuit, magnum sibi lucrum fore existimans, si fideles agere in pace[1] corpore egressurus sciret. Profectus itaque discipulorumque[2] comitatus affectu regem Ravennae repperit; a quo et benigne suscipitur, quamquam primo utcumque animo moveretur, bene conscius Epiphanium non frequentare palatium, nisi pro quibusque oppressis supplicaturum. Tamen considerata vel sancti viri dignitate, vel meritorum eius sanctitate, in [Enn. 188.] cunctis quae petivit, immo mandavit, humiliter consensit; benedictioneque percepta, ad palatii illum fores prosecutus est.

7. Festinantissime vero Ravenna egrediens, quippe qui iam depo- [Enn. 191.] sitionis suae diem in proximo praevidebat[1], cum celerem reditus sui cursum[2] comitantes stupore vehementi cerneret admirari, convocata secretius discipulorum turba, festinationis causam indicat, se scilicet in proximo resolvi. Mox luctus oritur, planctus ingeminatur; cum tandem clamor hac[3] flentium voce excutitur: *Heu*[4], *pater amate, heu defensor patriae, cur nos deseris cuive tuendam plebem patriamque*

4. — [1] legali *Wo.* — [2] proturbatos *Wo.*
5. — [1] *om. Wo.* — [2] (t. g.) g. t. *Wo.*
6. — [1] (a. in p.) in p. a. *Wo.* — [2] que *om. Wo.*
7. — [1] videbat *Wi ante corr.;* providebat *Wi corr. man. pr.* — [2] diem *Wo.* — [3] ac *codd.* — [4] heu *add. Wo.*

relinquis? quae nobis vivendi erit delectatio, si tuo sancto privabimur consortio? Sed si festinas[4] *ad praemia, tamen te flectant nostra*[5] *suspiria.* Hac voce suorum lacrimarumque ubertim fonte perfusus, *Non vos,* ait, *filii, desero, sed cursu consummato, quo Christus vocat, praecedo. Desistite a lacrimis, temperate a fletibus, et iam spe mecum iucundamini gaudiis;* sicque illos consolatus, in Dei gratia confisus, de vicina morte perstitit intrepidus.

8. Nihilominus quoque episcopos in itinere visitavit, attentius se illorum orationi commendans, et ut ecclesiae Christi curam debitam impenderent, admonuit, singulis quantulumcumque de suis ultimum
Enn. 191. caritatis munus impertiens. Ut vero **Parmam ingressus est civitatem,** subito viribus corporis paulatim coepit destitui; nec tamen ideo ab itinere voluit desistere, sed languorem collecto robore dissimulat, ne videlicet populum, qui in occursum illius undique frequentabat, sua infirmitate sollicitum redderet. Sicque itinere emenso, Ticinum, ubi
Enn. 193. ab omni Liguriae dignitate exspectabatur, vultu **alacri** tandem ingreditur. Ordine denique legationis exposito, brevi cunctos affatu de fidei sacraeque religionis cultu informans, benedictione data, ad sua redire permisit; nec diutius morbo reluctari valens, in praefata cellula lectulo antiquo suo more faeno constrato, languorem discipulis palam professus, sequenti ingressionis suae die decubuit. Ad quem tunc visitationis gratia omnis clerus praefatae ecclesiae convenit, plerique quoque de villis et oppidis, qui beatum virum circumstantes immensis lacrimarum singultibus ecclesiae desolationem suamque destitutionem perstrepebant, cum non minor ante ianuas pauperum clamor exsisteret. Sed ille totus iam[1] mente occupatus caelestibus[2], terrena illos abicere et secum superna aspicere persuadet, et ut ecclesiae Christi animo vigilanti curam agerent, item itemque diligentius admonuit. Numquam tamen interim ab oratione cessabat, iugi psalmorum melodiae intentus, ita frenis abstinentiae corpus conterens, ut vix, discipulis perurgentibus, quantulumcumque refocillandi gratia perciperet. Semper Christum mente tenebat, Christum
Enn. 194. ore sonabat, illud apostolicum indesinenter continuans: *Mihi vivere Christus est et mori lucrum* (1). Discipulis quoque incessabiliter pro illo flentibus, Domini misericordiae devotionem illorum deputans et commendans, manus et oculos nisu quo potuit, caelo intentans, *Misericordias, tuas*[3], inquit, *Domine, in aeternum cantabo* (1); illum quoque nihilominus versiculum[4]: *Exsultavit cor meum in Domino, et exaltatum*

— [4] *ita et Wo corr. man. pr.;* festinans (si *om.) Wo ante corr.* — [5] (f. n.) n. f. *Wo.*
8. — [1] (t. i.) i. t. *Wo.* — [2] (o. c.) c. o. *Wo.* — [3] (t. i.) i. t. *Wo.* — [4] (n. v.) v. n. *Wo.*

(1) Quattuor illos versiculos (Phil. 1, 21; Psalm. 88, 2; 30, 6; I Reg. 2, 1) ab Epiphanio moriente saepe recitatos esse narrat Ennodius § 194.

est cornu[5] *meum in Deo meo* (1). Haec locutus, Christo sanguinis pretio comparatos tuendos intente commendans, oculis caelo infixis, *In manus*, inquit, *tuas, Domine, commendo spiritum meum* (1); sicque laudibus hymnisonis sancta anima carne soluta coetibus sanctorum digne est associata. Quis queat luctum explanare cleri, quisve tumultum concurrentis populi? Ruunt undique de agris ad tanti funera patris; clamor extollitur, dolor lacrimis irremediabilibus exprimitur; cerneres clerum tali patre et provisore orbatum immensis singultibus intermixtis fletibus suas replicare miserias; quid sibi agerent, quo se verterent, nescire, cuive ecclesiam pastore viduatam traderent, cum tamen plebs non solum de vicis et oppidis, sed etiam de urbibus rumore miserabili collecta, non minori ploratu patriae tutorem, populi defensorem clamarent exstinctum; Epiphanio superstite, nil durum, nil videri asperum, omnem penitus in uno homine concidisse Italiam. O virum omni gloria laudandum, o antistitem cunctorum testimoniis celebrandum, qui pro castris fidelium ita apto contra diabolum duello congressus est, ut nec hominum consortia vitaret, nec tamen vitium mundiale contraheret. Cunctis largus et benivolus, sibi tantum austerus exstitit et parcus. Eius namque sacrosanctum corpus summa cunctorum devotione usque in diem tertium servatum, Enn. 196. praecedentibus clericorum et laicorum utriusque sexus turmis, ad sepulcri locum deducitur, ubi tanti patris funus non minimo pauperum heiulatu de omni fere Italia confluentium excipitur. Nihilominus etiam de singulis monasteriis fratrum et sororum legati aderant, qui inexplicabili dolore se desertos, destitutos omnique solacio desolatos protestantur. His enim Epiphanius dives, sibi tantum fuerat egens; per istorum manus, quod mundo subduxerat, Domino fidelis dispensator transmiserat. Decessit autem quinquagesimo octavo aetatis anno[6], episcopatus vero XXX^{mo} II°., XI^{a} kalendarum februariarum die, Theoderico permissu Zenonis orientalis principis Hesperiae imperium administrante, regnante perpetuoque imperante Iesu Christo domino nostro, cui soli debetur honor et imperium una cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen[7].

— [5] cor *Wi.* — [6] (ae. a.) a. ae. suae *Wo.* — [7] *om.* *Wo.*

(1) Cf. p. 126, not.

II. MIRACULA S. RICHARII

Cf. supra, p. 13-14, p. 58, p. 106.

Edimus textum ex Wolfhardo (*Wolfh.*), ex codicibus austriacis (*H.A.M.V.*), ex Windbergensi (*W.*)

Quanta namque per eum Dominus operatus sit et operetur in eodem loco miracula, quisquis librum de virtutibus eius legit, agnoscit. Nos tantum tria de innumeris recensentes, legentium tradimus voluntati, ut sciant mirabilem Dominum in[1] sanctum suum plura mirabiliter operatum.

1. Quadam namque die, dum transmissi poenis acribus vincti per monasterii viam transirent, sanctumque Dei Richarium obnixis vocibus implorarent, ut sui levamen solaminis sentirent, protinus, illius patrocinantibus meritis, vincula divinitus rupta vinctos absolvunt, et qui rei ad iudicium trahebantur pro admissis sceleribus punituri, beatissimi confessoris Christi precibus sunt enodati et a poenis debitis liberati.

2. Quidam etiam dum pro culparum suarum reatibus in Dulcuriense ergastulo vinculis nexus proso tempore teneretur, is, cui, commissus fuerat, sui causa victus eum a carcere tollens, coepit vinctum per diversorum loca deducere, ut quod in elemosyna reus a fidelibus accipere potuisset, versa vice ipse suis usibus reservaret. Id cum dilatio temporis protelaret, quadam die iter arripiens solitum, monasterii portam ingressus est. A porta enim australi usque ad portam aquilonarem quasi miliarium geometricale consistit, et ambitu murorum[2] monasterium[3] cinctum quattuor geometricalibus cernitur miliariis forte vallatum, ita ut ab uno miliario usque ad aliud[4] turris sit fundata prominens et excelsa, a secunda ad tertiam, a tertia usque ad quartam aequa lance[5] metitac. Cum ergo in platea monasterii, quae est ante paradisum (1), reus ille cum comite advenisset, prorupit in vocem : *Sancte Richari, adiuva me.* Cui cum ductor proterva voce respondisset : *Non te adiuvabit sanctus Richarius hodie,* subito catena concussa et loris omnibus ruptis, vinctus qui fuerat ad ecclesiam fugit absolutus, et procidens ante sancti altare gratias egit bonorum omnium largitori.

3. Fuit et alius nomine Hildradus, quem oculis corporeis vidimus, ita contractus et curvus, ut gibbo dorsum ac cervices eius premente,

[1] per *H.A.M.V.* — [2] *om. H.M.V.* — [3] (m. m.) monasterium monasterium *A ante corr.*; monasterii monasterium *A post corr.* — [4] alium *Wolfh.* — [5] lancea *Wolfh.*

(1) Atrium templi. Vid. Ducange, ad h. v.

vix potuisset nisi repens caelos aspicere. Cui obliqui pedes et crura retro natibus iungebantur, ut potius monstrum quam hominis factura videretur. Qui cum longo tempore huius incommodi squalore foedaretur, adeunte confessoris Christi sacratissima die, contigit eum nocturnis vigiliis interesse. Cum autem in Dei laudibus exsultans monachorum turma concineret, terrifica ac stridenti voce prostratus ille pauper proclamat. Quo cum plurimi utriusque sexus tenderent, invenerunt eum toto corpore extensum et iacentem quasi exanimem. Cui diligenti cura apposita, spiritum resumens et ad se rediens, dixit se vidisse ad se venientes duos in veste candida viros, qui apprehensum eum, unus per pedes, alter per scapulas extenderunt, et ita dimiserunt, sicut iacentem, qui advenerant, invenerunt. Levantes igitur eum a terra custodes ante mausoleum[5] beati Richarii cum hymno *Te Deum laudamus* devotissime portaverunt. Ipse vero ab illa die erectus et sanus ecclesiae[6] in reliquum tempus oblatorio officio deservivit.

Hactenus de vita et miraculis beati viri pauca perstrinximus; superest ut ad alia transeamus. Si quis(1) denique puro corde plura[7] quaesierit, legat librum ad Carolum regem Francorum de virtutibus eius scriptum, sicque desideratum in eo munus inveniet. Nos ista dixisse sufficiat[8].

— [5] mauseolum *W.* — [6] aecclesiam *Wolfh.* — [7] *om. Wolfh. A.M.V.* — [8] sufficit *H.*

III. TRANSLATIO S. RICHARII

Cum S. Richarius, Centulensis abbas, solitariae vitae amore ductus, paulo ante mortem tempore in locum vicinum, qui Forestis-Cella dicebatur (2), secessisset, ibidemque vita functus esset, cupiverunt postea Centulenses monachi ut sancti fundatoris corpus in suam abbatiam transferretur. Quod curante Ocioaldo, quem sibi in monasterii regimine successorem ipse Richarius substituerat, factum esse, ita narrat paucis Alcuinus in fine Vitae Richarii (3): *Sed non multo post fratres a Centulo monasterio cum suo abbate Ocioaldo, viro religioso et sancti successore, venerunt et corpus sancti Richarii tulerunt, posueruntque in loco, quo et nunc cum magna meritorum gloria requiescit.* Cum quo prorsus conveniunt tum Angelramnus in Vita Richarii metrica (4), tum Hariulfus in Chronico Centulensi (5). Verum multo plura novisse videtur auctor narrationis, quam iam edituri sumus, atque

(1) Cf. *Act. SS.*, Apr. t. III, p. 441, num. 5. — (2) Foresmontiers, qui vicus circiter 20 chiliometris Centula distat. — (3) *Act. SS.*, Apr. t. III, p. 446, num. 14. Mabillon, *Acta*, saec. II, p. 196, cap. 14. — (4) Mabillon, l. c., p. 210, c. 14 extr. — (5) Lib. I, cap. 23 (ed. F. Lot, p. 36).

translationem illam pio quodam furto factam esse commentus est. Hanc autem meram esse fabulam, multa ostendunt. Primo quidem, quod, cum Forestis-Cella sub dicione abbatis Centulensis esset, necesse prorsus non erat ita clam atque violenter sancti corpus auferre. Secundo, quod narratori nostro, utpote Alcuino recentiori, fidem facere non possumus ubi mira quaedam narrat quae non solum ab antiquiore scriptore non sunt tradita, sed et Centulensibus etiam posterioris aetatis, ut videre est in Angelramno et Hariulfo, manserant incognita. Tertio vix dubitabit vir harum rerum gnarus, quin haec sit legenda quaedam, ut dicitur, " etymologica ", ideo nempe scripta ut explicarentur nomina vicorum *Nubili montis* et *Clari montis*. Neque omittendum est alia simili legenda ab Hariulfo (1) explicari nomen *Nubili montis*, cuius tamen originem non a translatione prima S. Richarii, quae saec. VII facta est, sed ab alia translatione, quae saec. X contigit, repetit auctor.

Translatio sancti Richarii episcopi et confessoris[1].

1. Postquam igitur Deo militans in saeculo iure[1] sacerdos saecularis sarcinam posuit indumenti et ianuam petiit paradisi, in loco qui hactenus Forestum dicitur, in quo prius cum commilitone suo nomine Sigobardo[2] eremi petiit vastitatem, ab ipso suo discipulo dignam sortitus est sepulturam. Ubi per aliquod tempus sancta viscera tumulata quiescentes[3], oratorium[4] fideles ibidem struxere degentes. Verum volvente[5] temporis rota, cum Dominus sanctum suum, cuius esset meriti, enucleare voluisset, subito cuidam Centulense[6] abbate[7] nomine Ocioaldo venit in mentem ut thesaurum incomparabilem[8], corpus scilicet sancti, quoquo pacto potuisset, ad Centulense deferret coenobium. Cuius mox, quia eius pium exstitit votum, ad celerem, Domino[9] consulente, pervenit effectum.

2. Nam subito intempestae[1] noctis silentio, fratrum vallatus praesidio, ad locum ocius, Christum habentes in pectore[2] tendunt. Quo divino adiuti suffragio venientes, abdito cordis arcano Dominum laudavere canentes; deinde ianuas ecclesiae petunt lumenque latens[3] in tenebris quaerunt[4], inveniunt, et aperto mausoleo[5] adhuc tremuli

[1] *Lemma om. Wolfh., V;* translatio eiusdem A; ep. et conf. *om. W. Apud Wolfh. haec prooemii loco leguntur fol. 103v :* Beatissimi et in Galliis, *etc., ut supra*, p. 14.

1. — [1] vivere *H.* — [2] Sigebardo *A.H.V.M man. pr.;* Sigibardo *M corr.* — [3] quiescentis *H;* quiescunt *W.* — [4] oratoriumque *W.* — [5] volente *V.M ante corr.* — [6] Centulensi *M post corr.* — [7] abbati *M post corr., W.* — [8] incomparabile *Wolfh.* — [9] Deo *A.H.M.V.W.*

2. — [1] intempe *V post corr.;* in tempore *V ante corr.* — [2] (in p.) inspectore *A.* — [3] latense *A.* — [4] et *add. M corr.* — [5] manseolo *A.M ante corr., V;* mauseolo *W ante corr.*

(1) Lib. III, cap. 22 (ed. F. Lot, p. 152).

potiuntur. Diripitur membratim volens Christi sacerdos, et dum praeda efficitur, praedantes potius servat quam puniat. Reor enim ut queat dici unius fuisse voluntatis servorum et domini, praedantium et depraedati. Nisi enim ipse depraedari voluisset, praesumptionis in hostes poenam[6] dignissimam retorqueret. Quis enim umquam illius membra valeret attingere, nisi id eius fieret voluntate? Verum occumbentes tangentium ipse sustulit manus et corda titubantia roboravit piissimus.

3. Confessoris igitur cineribus membrisque acceptis beati, ocius recessere laetissimi. Cumque Deo canentes hymnidice persultarent, arcisterii expergefacti custodes, dum tantum crevere[1] dispendium, heiulant se[2] pium amisisse patronum; tundunt[3] pectora dura gementes, laxos diruunt crines, pallidas lacerant facies; verum inaestimabilem thesaurum amissum fluenta haud reparant oculorum. *Heu,* inquiunt, *maternus quia nos alvus eduxit, heu quia paternum semen infudit, heu quia morti se vita praetulit et vivendi spatium nunc contra morem larga indulsit. Quid est vivere sine vita? Quid lactans[4] puerulus habet vivere sine matre? Quis umquam hominum ad lumen prodiit sine genitore? Hic verus noster exstitit pater; hic educavit ut mater; hic, ne mortem timeremus communem, caelos nos praeeundo conscendit et vitam habere in Christo praemonuit.*

4. Haec et his similia gemebundo[1] pectore susurrantes, quid agerent, quo se verterent, anxii scrutabantur. Verum furore lugubrique maestitia debacchati, tandem strepitu concitato inania se ad arma convertunt et praedam[2] amissam consternati celerius insequuntur. Mirum dictu, dum avido cursu patrem cum delatoribus persequerentur ut hostem, et circiter sex leugarum[3] spatium protenderent in eundo et iam pugnaturi arma paene iactarent in hostes, — erat enim clarissimi luminis dies, — cum subito lucis optatae phoebigenum munus taetra depressum caligine totum se subduxit in noctem, ita ut armigeros densa caligo[4] contegeret et peplum beati Richarii vectitantibus luminis gratia commearet; sicque miseri undique caecigena foeditate turpati[5], undique palpitantes[6], nil nisi mortem et suum meruere ruborem; quippe nec a loco, quo constiterant, se valuere movere, usque dum dimidia fere leuga[7] grex monachorum aliorumque fidelium corpus sancti laetissimi deportarent. Tum dies luminis privati adeptus est dignitatem, et usque hodie

— [6] (in h. p.) p. in h. *H.*

3. — [1] *ita et H man. pr.;* videre *H corr.* — [2] *deest in Wolfh. et in W.* — [3] tradunt *Wolfh. ante corr.* — [4] lactens *M post corr.*

4. — [1] gebundo *V.* — [2] preda *M ante corr., V.* — [3] leucarum *M corr.* — [4] (d. c.) c. d. *H.* — [5] turbati *Wolfh. ante corr.* — [6] palpantes *H.* — [7] lega *M man. pr;* leuca *M corr.*

locus, in quo dies est conversa in noctem, Nubilus mons[8] appellatur, ubi etiam ad lucem[9] rediit dies, Clarus mons ab incolis nuncupatur. Tunc ex utraque parte se contemplantes, tanto munere privati ad sua rediere confusi. Hi vero qui patrocinia Christi militis egregii deferebant[10] Richarii, monasterium cum hymnis et laudibus intravere devoti. Sicque sollemnia celebrantes, ut sancto fuerat dignum, tantum condiere thesaurum vii idus octobris[11].

— [8] ab incolis *add. A.* — [9] (ad l.) *eras. in A.* — [10] deferebat *V.* — [11] vii idus oct. *om. Wolfh.*

IV. PASSIO S. VALENTIS EPISCOPI

Cf. supra, p. 14, p. 62, p. 108.
Edimus textum ex Wolfhardo (*Wolfh.*), ex codicibus austriacis (*H.A.M.V.*), ex Windbergensi (*W.*)

Quis ille sanctus fuerit, quando ubinamve vixerit, prorsus incertum est. Non equidem dubito quin initium cultus ecclesiastici, qui Valenti ut martyri tribuebatur, in monasterio Divitis Augiae sit factum. Hac nempe die 21 mai, quae in lemmate Passionis iam edendae inscripta est, legitur in breviario Augiensi martyrologii hieronymiani inter annos 827 et 842 conscripto : *Alibi S. Valentis martyris et episcopi* (1). Atque hic est S. Valens sive Valentinus, qui saepe in documentis Augiensibus nominatur (2), cuius nimirum corpus in monasterium illud translatum esse ferebant, quemque postea Augienses esse ipsum S. Marcum apostolum commenti sunt (3).

Ex Augia, ni fallor, transiit nomen Valentis episcopi et martyris in alia martyrologia, v. g. in hieronymianum Wissemburgense, in quo manu recentiore additum

(1) Cf. *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [64]. Non inepte suspicatus est Henschenius (*Act. SS.*, Mai t. V, p. 7, num. 1) errorem forsan hic subesse; nempe qui in codicibus hieronymianis annuntiatur *Valis* (alias *Valens*) *presbyter et confessor* Autisiodori depositus, per errorem dictum esse *Valentem episcopum et martyrem* Augiae quiescentem. Quae coniectura et nobis valde probatur, et collato textu codicis Epternacensis cum breviario Augiensi potest confirmari. Ita nempe textus Epternacensis ad d. 21 mai, in fine laterculi (*Act. SS.*, Nov. t. II, l. c.) *in Britannia Timothei diaconi et alibi Mathei apostoli. Civitate Autisiodorensi depositio Valentis presbyteri;* Augiensis autem breviator, omissis, ut videtur, aliquot verbis et ultimo mutato : *in Britania Timothei diaconi. Alibi S. Valentis martyris et episcopi.* — (2) Walahfridi carmen in *MG.*, poet. lat. t. II, p. 405-6; cf. documenta ibid., p. 406, not. 1, citata. Aliud carmen ed. *Neues Archiv*, t. V, p. 621-22. — (3) Miracula S. Marci, cap 2 extr. *MG.*, Scr. t. IV, p. 450. Cf. Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen*, t. I[6], p. 285.

est (1), in martyrologium metricum Wandelberti Prumiensis (2), ubi etiam postea est additum, denique in multa alia, ut in codices interpolatos Bedae et ceteros, quorum testimonia sedulo collegit Henschenius noster (3).

Is vero praeter ea nihil habuit, quod de S. Valente proferret; neque ditiores sumus, etiam postquam Passionem nacti sumus, quam Wolfhardus in martyrologium suum recepit. Haec enim manifeste est fabulosa. Cum nempe illius auctor de S. Valente nihil sciret, in illum transtulit totam historiam Babylae episcopi Antiocheni (4), cuius vel ipsa verba non raro in textu subiecto agnosces.

Unde autem motus ille est, ut pro Babyla cum tribus pueris passo fingeret Valentem cum duobus pueris martyrio coronatum, ne coniciendo quidem assequi valeo. Credo tamen interim, quae in codicibus Bedae interpolatis et in recentissimis martyrologiis leguntur : *S. Valentis martyris et pontificis cum tribus pueris*, vel alia eiusmodi, ea ex Passione Valentis derivata esse, non vero ex huiusmodi annuntiationibus occasionem accepisse Passionis auctorem, ut legendam suam conscriberet.

Passio[1] Valentis episcopi et[2] martyris[2] xii. kal. iunii.

1. Tempore Numeriani imperatoris beatus Valens episcopus cum[1] duobus pueris invenitur capitali sententia[2] martyrio coronatus. Qui audiens tyrannum post immolationem idolorum ecclesiam Domini velle intrare, ait ad populum : *Fortes estote, filii, et exspectate; lupus enim rapidus post immolaticii foetorem cruoris domum Domini pollutus ingredi nititur, ut sancta pestifer violari*[3] *conetur.* Oboedientes igitur filii patris voci[4] tyrannum exspectavere venientem, praemittentes[5] ante ianuam patrem. Numerianus autem cum audisset obstari ei a fidelibus aditum, introeundi appetit nisum[6]. Verum pontifex, quem nec terror principis, nec blandimenta seduxerant, intrandi in domum Domini auctoritate pastorali[7] licentiam habere prohibuit, et pro ovibus se ipsum quasi murum obiecit. Stupens ergo imperator adveniens in fiducia viri constanter sibi oppositi, canis mortuus[8], modicum non propter Deum sed propter suos erubescens, tacuit quidem dolosae mentis versutia, audiendus[9] eum per se die secutura, quem abstruserat in vinculis carceris nox taetra. Quem ita aggreditur praesentatum : *Miser*, inquit, *homo, quid prae oculis habuisti*, *audens occurrere intrepidus imperatoriae maiestati et prohibere secreti*[10] *adita*

Passio Babylae cap. 1.

Cap. 2.

Nullum lemma in Wolfh. — [1] sancti *add. A*; sancti *W.* — [2] *om. A.*

1. — [1] dum *A.* — [2] *om. H.M.V.* — [3] violare *W.* — [4] vocem *Wolfh. post. corr., A.H.V.* — [5] pretermittentes *A.V.*— [6] visum *V.* — [7] pontificali *A.H.V.*— [8] mortuum *A.* — [9] auditurus *M.W.* [10] secreta *A.H.M.V.*

(1) *Act. SS.*, Nov. t. II, l. c. — (2) *MG.*, poet. lat. t. II, p. 586. — (3) *Act. SS.*, Mai t. V, p. 7. — (4) Ibid., Ian. t. II, p. 571-73.

templi? Cui cum plura furens minaretur tyrannus et quaestio post[11] de Deo[12] christianorum deorumque inter eos ageretur cultura, fallacia pontifex exsecrans verba et creaturae fictori[13] se famulari soli protestans, boia collo et compedibus aggravatus, virtutem passionis Christi praedicabat securus.

Passio Babylae cap. 5. **2.** [1] Interposito namque tempore, rursus Valens valenter carnificis obicitur tribunali, questionaturus de pueris, quos Christo educaverat[2]
Cap. 6. ad palmam martyrii. Qui patris proditione exhibiti (1), etiam ipsius orationibus fulti, audacter refutaverunt[3] verba tyranni. Quorum mater exhibita et de prole sacri pignoris exquisita, cum natura libere suos, Christi diceret per Valentem gratia filios, exalapata coram omnibus genetrix sobolis suae[4] semper constantissima exstitit confortatrix. Unde cathomon[5] virida[6] infantum excipit membra, tempore modico lanianda. Depositis quoque martyribus a cathomo[7], iterum nititur diabolus per organum suum lucrari infantiam puerorum. Separatur pater ab unicis[8] iam Christo dicatis, et quos nequibat[9] elogio[10], precum lacrimosarum servabat praesidio. Mulcentur exeniis[11] pueri, quibus omni auro pretiosior erat corona[12] martyrii. Verum tenera certantium aetas ita tyrannicam respuit vocem, ut mirareris Christum in eis loquentem, qui ex ore infantium et lactentium perfecit[13] laudem.

Cap. 7. **3.** Aggreditur iterum dolos dolosi filius delicatus; sed in sanctis habitans non fallitur Christus, quibus dux est semper et praevius. Post dolos ergo adhibentur dolores, et quos non potuit carnifex
Cap. 8. lingua, conatur vincere poena. Suspenditur pater cum natis torturi[1] multis horarum spatiis; verum patrocinatur ipse, pro quo se obiecere tormentis. Clamant[2] filii iniuste patrem Valentem tormentis[2] affligi; at genitor[3] exsultat in tribulationibus, quas meruit Iesu pro nomine[4] pati. Iterum torquentur parvulorum dulcia pignora, Valentis patris in Christo regeneratione[5] progenita, et una vox Christum ab eis
Cap. 9. confitentium[6] est audita. Post eis capitali sententia data, ducti sunt

— [11] prius *V.* — [12] eo *A;* Dei *W.* — [13] ficturi *A;* factori *W.*

2. — [1] Et *add. A.* — [2] edificaverat *A.V.* — [3] vel confutaverunt *add. Wolfh. sup. lin.;* confutaverunt *A H.M.V.W.* — [4] (so. su.) su. so. *A.H.M.V.W.* — [5] cathomus *W.* — [6] viridia *V.* — [7] cathomon *M.* — [8] imicis *A;* inimicis *V.* — [9] nequiebat *V.* — [10] eulogio *M post. corr.* — [11] xeniis *A.H.M.V.W.* — [12] coronâ *Wolfh.* — [13] perficit *A.V.*

3. — [1] tortori *M.* — [2] (clamant-tormentis) *om. A.* — [3] geni *H;* genitrix *M.* — [4] (I. p. n) p. n. I. *Wolfh.* — [5] in regeneratione *Wolfh. in marg.* — [6] ab eis *add. V.*

(1) Notare iuverit in Passione Babylae, cap. 6, pueros illos ipsum Babylam dulci patris nomine designare; eodem capite legimus illos tum demum a Numeriano accersitos esse, postquam de ipsis ad Numerianum sermonem habuerat Babylas. Potuit porro, qui Passionem Babylae legebat et imitabatur, intellegere tunc aliquo modo filios a patre esse proditos.

ad locum, quo eos[7] praestolabatur corona. Exeuntes portam civi- Cap. 10.
tatis huiusmodi proruperunt in organum vocis: *Ex affligentibus enim nos, Domine, salvasti, et eos qui nos oderunt potentissimus confudisti.* Tum mira circa filios exstitere[8] viscera patris. Gladio namque
bicipiti ante se aggredi[9] precatur infantes, et quos visceraliter ser- Cap. 11.
vavit[10] in via, praevios habere cupit in patria. Unum denique ad dexteram, alterum sibi ad laevam[11] statuit et quasi ad Christum loquens, dixit: *Ecce ego et pueri mei, quos[12] mihi dedisti.* Sicque lictoris eos appetens mucro, coronati sunt martyrio felici. Novissime Cap. 12.
Valens valenter accedens, ipse quoque decollatus est gaudens.

— [7] (q. e.) quos *H.* — [8] existere *A.* — [9] aggreditur *A.H.V.* — [10] alterum *add. H.V.* — [11] (s. ad l.) ad l. s. *Wolfh.* — [12] Domine *add. A.H.M.V.W.*

V. VITA S. MOCHULLEI EPISCOPI

Cf. supra, p. 40.

Vitam hanc Mochullei, quam Colganus legerat et ad d. 12 iunii illustrandam promiserat (1), contempsit decessor noster C. Ianningus (2), quoniam nempe in ea “ nullus dies aut annus mortis indicatur, et certum chronologiae principium „ apparet nullum; toties vero textus narrationibus tam hyperbolicis impletur, ut „ prodigia potius ad stuporem hominibus ingenerandum quam miracula ad fidem „ sanctorum virorum ac Dei potentiam manifestandam, omnia videantur excogi„ tata esse „. Recte quidem dictum; verum quae ad historiam Hiberniae explicandam nihil conferre possunt, ea tamen rei litterariae studiosis non utique sunt inutilia.

Auctor Vitae testatur se, cum “ laetae iuventutis „ aetate floreret, Leodium venisse testemque fuisse anno 1141 triumphi illius, qui dicitur, S. Lamberti, cum nempe castrum Bullonium a Rainaldo Barrensi comite vi occupatum Albero episcopus Leodiensis armis sibi recuperavit. Natus ergo erat auctor, ut bene vidit Karolus Pertzius, intra annos 1110 et 1120 (3). Quod autem ille addit, auctorem hunc fuisse hibernicum quendam monachum, “ uti patet ex praefatione „, id mihi non ita liquet. Ultro tamen crediderim illum ex Hibernia oriundum esse, cum pleraque, quae narrat, portentosa miracula, ea in aliorum hibernicorum hagiographorum scriptis saepe, prope dixerim semper occurrant.

Fontes suos tribus locis auctor indicat; nempe cap. 3 Vitam S. Albini, de qua nihil certum dicere habemus, nominatim profert; tum cap. 15 miracula, quae post

(1) *Trias thaumaturga* (1647), p. 174-75. — (2) *Act. SS.*, Iun. t. VI, p. 118. — (3) *MG.*, Scr. t. XX, p. 512.

mortem sancti gesta sunt, — utrum vero haec multo an paulo post mortem tempore acciderint, hoc loco minime tradit, — se narraturum testatur, prout ea *vel nostris vidimus oculis, vel auribus audivimus, vel patres nostri annuntiaverunt nobis.* Demum ea quae oculis suis vidit loco iam supra memorato distinctius designat, nimirum triumphum S. Lamberti (1).

De ipso autem sancto paucissima certo comperta habemus. Recensetur quidem in genealogiis sanctorum hibernicorum S. Mochulleus filius Dichuil (2), quem esse nostrum Mochulleum filium Dicaldi ultro crediderim. Utrum idem ille etiam sit, qui ad diem 12 iunii in martyrologio Dungallensi annuntiatur : *Mochuille of Innstat, in Fotharta Fea, of the race of Cairbre Riada, son of Conaire* (3), quod opinatus est v. d. Iohannes O'Hanlon (4), prorsus affirmare non audemus. Multo minus id nobis assumimus, ut paucis hominum nominibus, quae in fabulosa sancti Vita leguntur, definire conemur quo tempore vixerit Mochulleus.

Incipit[1] prologus in Vitam sancti[2] Mochullei episcopi et[2] confessoris[2].

Si quis insignia et praeclara sanctorum illustrium mirandaque[3] miracula, cum se scribendi ea piis optanda facultas ingerit, velut inanium oblectamenta fabularum ignavae mentis torpore et silentio pertranseat, pigritantis[4] desidiae naevum nequaquam vitavit, immo livoris et neglegentiae mendam[5] tamquam perpetrati sceleris cauterium fronti suae in aevum praescripsit. Prout namque[6] micantia firmamenti sidera elementis quibusque inferioribus ad expellendas mundanae machinae tenebras lumen caeleste[7] longe lateque diffundunt, ita christiani nominis[8] praecones ipsum praedicando usque sub extremos orbis fines radiis internae fidei gentilium corda illuminaverunt[9]; unde per prophetam dictum est : *In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum.* Deinde sicut sermo propheticus atque cetera utriusque legis oracula apostolis et eorundem sectatoribus, ne in tenebris gentilitatis vel ad dexteram vel ad sinistram a via veritatis exorbitarent[10], ducatum praebuerant, sic vita, sic miracula, sic sanctorum veneranda vestigia, nobis de regione dissimilitudinis, de convalle plorationis ad Deum regredi volentibus, ne errore viarum et[11] mundanae vitae illecebris decepti tanquam muscae volitantes in latebris ab immundis spiritibus capiamur, fidei,

Prol. — [1] *om. A.* — [2] *om. M.* — [3] que *om. A.H.M.* — [4] pigritantes *M.* — [5] vincula *M post. corr.* — [6] itaque *L.* — [7] cęlestes *M.* — [8] sancti *add. A.M.* — [9] illuminaverant *A.M.* — [10] exorbitarunt *M.* — [11] *om. A.M.*

(1) Ibid. *Volo ipse quoddam evidens miraculum.... quod propriis oculis viderim,... in medium proferre miraculorum.* — (2) COLGAN, *Trias thaumaturga*, l. c. — (3) TODD-REEVES, *The Martyrology of Donegal* (1864), p. 168-69; cf. p. 448-49. — (4) *Lives of the Irish Saints*, t. VI, p. 654-55.

spei et caritatis trinis gressibus iter patriae caelestis[12] ostendunt. Unde idem propheta : *Lucerna pedibus meis verbum tuum*[13] *et lumen semitis meis.* Sed quamvis omnibus sanctis, quorum vita et coruscantibus miraculis terrarum ubique sancta fulget ecclesia, caritatis obsequiis debemur et alligamur, praecipue tamen illorum patrocinio ac interventu, quorum in praesenti ab incursu hostili atque in futuro ab aeternis gehennae cruciatibus defensari nequaquam ambigimus, in posteritatis memoriam dilucidare summopere celebria gesta[14] desideramus. Dicit enim Scriptura : *Omne bonum, quod cum in commune deducitur, melius elucescit.* Quamvis igitur, fratres dilectissimi, nullis vel sapientiae vel scientiae praeeuntibus studiis fuerim eruditus, quamvis etiam proprii ingenioli hebetudine ac defectu ad huiusmodi scribendi materiam accedere praepediar, nimirum tamen quia internae caritatis pia devotione non reticere compellor, ex innumeris virtutibus et signis sanctissimi confessoris Mochullei, qui inter celeberrimos Hiberniae seu Scotiae[15] praelatos cum frequentia miraculorum, cum praeclari stemmatis luculentia[16] magnus ac metuendus habetur, pauca compendiose dicta sinceris auribus fidelium utcumque in praesentiarum intimare curabo. Caritas enim fortis est ut mors, cum[17] nihil arduum, nihil invium obviare posse videtur.

Explicit[18] prologus.

Incipit vita eiusdem, III idus ianuarii.

1. Sanctus itaque Mochulleus[1] vir prosapiae illustris, christianissimi filius Dicaldi, ab uberibus matris priusquam fuerat ablactatus, non primaevae aetatis iocis puerilibus, nec[2] ludicris nec lusibus illectus, non equidem ceteris dulcibus illecebris vitae praesentis irretitus, sed caduca pro aeternis, terrena semper fugitiva pro caelestibus permansuris feliciter permutans, pio Creatoris amore accensus, corde, ore, opere, plus quam dici vel credi potest, caelestibus inhiavit. Unde propheta David tamquam Spiritus sancti organum de talibus dicit : *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.* Quapropter praefatus vir venerabilis pueri pater Dicaldus, divina visitatione filium videns interius illustratum ac signis et virtutibus prae ceteris fulgere admirans, ut sacrae legis litteras et sanctos iustitiae monitus addisceret, sancto patri Albino, qui tunc temporis apud australes Hiberniae populos pro exigentia religionis et meritorum celebris[3] habebatur

— [12] (i. p. c.) c. p. i. *A.M.* — [13] Domine *add.* *A.* — [14] (d. s. c. g.) c. g. d. s. *A.M.* — [15] sanctorum *add.* *A.M.* — [16] loculentia *M.* — [17] cui *M post. corr.* — [18] (Expl.-ianuar.) Vita eiusdem *A*; Vita s. Mochullei episcopi *M*.

1. — [1] Mocholleus *M.* — [2] non *A.M.* — [3] illecebris *L ante corr.*; lecebris *L post corr.*

patronus, commisit alendum. Scriptum[4] est enim : *Gratia tibi caelitus data ne in te otietur,* et iterum : *Cum sancto sanctus eris et cum viro*[5] *innocente innocens eris.* Cuius sanctissimi patris Albini quoddam insigne miraculum memoria ac relatu dignissimum hoc loco praeterire silenter non possum. Iste etenim sanctus, ut diximus, austrinae venerandus pater Hiberniae Albinus, dum pro remedio animae veneranda[6] limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli Romae requireret, dumque confirmationis ac praedicationis causa, sicut paene omnium sanctorum primitivae[7] ecclesiae moris fuerat, romani pontificis praesentiae se praesentaret[8], peracto ibidem negotio, modicum vini inde secum deferens, divina sibi favente clementia, celeri recursu litoribus Hiberniae applicuit. Proinde in finitimis Lumbreciae[9] civitatis locis cum sanctus vir Albinus de reduci egrederetur carina, locum austris ac solibus aestivis acclivem[10] eligens, invocato Salvatoris nomine[11] et signaculo sanctae crucis facto, vini pauxillum, quod secum de transmarinis[12] adduxerat[13] regionibus, aspergendo terrae gremio tamquam Christi vitis agricola verus propinavit. Quo in loco vitis florigera mirabili et ineffabili in sanctis suis[14] Omnipotentis clementia excrescens eiusdem anni revoluto circulo uvas variis languoribus saluberrimas, evidentissimum et irrefragabile christianae fidei argumentum sine cura, sine agricultura, usque in hodiernum diem producit[15].

2. Cumque igitur ibidem puer ab infantia sanctissimus aetate ac sapientia ac interna morum aedificatione secus pedes senioris Albini incredibili memoratu proficeret, inter[1] agendum contigit quod caeli volatilia, quis clementia Creatoris vesci frugibus permisit, paucas segetes, quas pater Albinus in eremo ad usus servorum Dei propriis laboribus excoluerat, praematuras ante tempora messis spicis grana eliciendo ac spicas de culmis rapiendo depraedare coeperunt. Quapropter vir Dei[2] Albinus nobilium pueris, quos eorundem parentes in eodem coenobio regni caelestis ardore perculsi Dei ministerio destinaverant, praecepit, quatenus puerorum quilibet die terminato[3] aves rapinae studentes a segetibus arcerent. Cumque secundum numerum et ordinem dierum ruris eiusdem sancto Mochulleo[4] custodia deputaretur, non territoriis imaginibus, quos quidam vafatones vocant, non iactu lapidum, non sono vocis[5] ab esu frugum volucres terruerat; ceterum ipse puer Spiritu sancto plenus volatilibus caeli[6]

— [4] (S. est e.) Dicit enim scriptura *A.M.* — [5] *om. M.* — [6] (vener.-Pauli) l. s. v. P. et P. a. *A.M.* — [7] temporibus *add. A.M.* — [8] presentare *A.* — [9] Lumbrice *M.* — [10] active *A.* — [11] eodem *add. M.* — [12] transmaritimis *A.*; transmaximis *M.* — [13] advexerat *H.* — [14] (sa. su.) su. sa. *A.M.* — [15] *om. A.*

2. — [1] iter *A.* — [2] *om. L.* — [3] determinato *A.M.* — [4] Machulleo *M.* — [5] aves *add. A.* — [6] (v. c.) c. v. *A.M.*

in nomine Iesu Christi imperavit[7], ut quaedam tuguria, quae situ neglecta et penitus discooperta in agro segetum[8], iuxta quas[9] manebat, quantocius intrarent. Ad quae imperia sermonis servi Dei diversae aeris volucres indomitae advolantes haud secus quam[10] agnelli ad pastoris vocem stabulis congregantur, tuguria superius memorata sponte intraverunt, ac ibidem a mane usque ad vesperam sine obice et omni clausura, tamquam clausis carceribus, permanserunt.

3. Dumque iterum atque iterum aves caeli diversissimas potenti sermonis virtute beatus Mochulleus inclusisset, dumque ceteras signorum virtutes innumeras[1] primaevae aetatis temporibus egisset, tunc[2] sanctus pater Albinus coram universa multitudine fratrum in his verbis puerum allocutus est, dicens: *O,* inquit, *mi fili, quandoquidem signis et mirabilibus tibi Christus*[3] *illuxit, quandoquidem internae caritatis praematuris sensibus*[4] *mentem tuam clarificavit, iam hora instat, iamque*[5] *tempus*[6] *nunc*[7] *est, quo*[8] *singulare eremi certamen solus subire, adiutrice Creatoris gratia teque ducente*[9], *curans*[10] *in tenebris ignorantiam*[11] *ambulantium Christo lucrifacere maturabis. Sed ne intrinsecae revelationis miraculorum multitudo adversarii invisibilis fraude antiqua, ut eremitis plurimum fieri solet, tui mentem in elationem elevet, et ne humanae calamitatis atque miseriae immemor esse possis, virum elephantiacum, quem*[12] *in Christo ac propter Christum procurandum suscepimus, itineris tibi comitem atque custodem umeris exportabis.* Virum enim quendam, cui, ut in sancti Vita legitur Albini, XL virorum pastus[13] ad unam refectionem pro immoderato appetitu et inedia insuperabili non sufficeret, quem[12] divina ultio proprii, ut remur, reatu peccati variis leprae maculis terribiliter aspersit, sive superborum quorumlibet vesanas mentes tali calamitate et miseria carnis humanae divina clementia voluit terreri[14], quatenus eum propriis manuum suarum laboribus pro Christi nomine in eremo pasceret, sanctus pater Albinus recepit. Ad hanc vocem sancti senioris Albini Mochulleus adhuc aetate puer, sed maturis sensibus in virum perfectum iam excrescens, cum suspiriis et singultibus, piis fletibus ora rigans, in haec verba respondisse dicitur: *Quid,* inquit, *mi pater venerande, me pupillum, me elinguem, me ante tempora iuventutis propriis viribus ac amicorum subsidiis destitutum, ab alis tuae protectionis in praesentiarum abicis? Ut quid me inter devia nemorum et loca*[15] *deserti socium sive ferarum praedam fieri*

— [7] imperitavit *A;* imper//avit *M post. ras.* — [8] segetes *A.M.* — [9] *om. A.M.* — [10] quasi *A.*

3. — [1] (v. i.) i. v. *A.M.* — [2] temporis *add. A.M.* — [3] Christo *A.* — [4] senibus *A.M.* [5] iam *A.M.* — [6] et *add. A.M.* — [7] nec *M.* — [8] que *A.* — [9] (t. d.) te ducit *A;* te ductitante *M.* — [10] ante animas *A.* — [11] ignorantia *A.M.* — [12] que *A.* — [13] *om. A.* — [14] (v. t.) terreret *A.M sup. lin. al. man.;* terreri *M in textu.* — [15] sola *add. A.M.*

praecipis? Aut quomodo virum leprosum, cui alienus praebet egressum incessus, umeris extollam, aut qualiter inediam ventris eius foliis arborum aut herbarum radicibus reficere sufficiam? Ad haec pater Albinus ait[16] : *Nequaquam*[17], *fili*[18], *de bonitate Creatoris diffidas*[19], *sed vade. Dominus tecum; tibi nihil arduum, nihil invium, propitiante Deo*[20], *in cuius oculis gratiam invenisti, oberit.*

4. His[1] auditis, caelebs[2] Christi athleta Mochulleus in omnibus et per omnia illustri suo seniori Albino debitae subiectionis et[3] oboedientiae obsequium quantocius exhibens, assumpto sibi fratre infirmo, licet tactu et aspectu formidandus exstiterit, versus haec gena[4] montana, quae aquilonales Hiberniae populos ab austro sequestrant, universis fratribus valefaciens, solitudinis iter arripuit. Cumque inter medium montium loca arida, invia et inaquosa transiret, praedictus homo aegerrimus, tum proprii languoris ac sitis uredine oppressus, tum aestivis ardoribus solis exhaustus[5], nunc amaris fletibus, nunc blandis precibus sanctum Mochulleum, ut frigidae calicem aquae, quo reficeretur, a Domino sibi impetraret, oravit. Ob hoc vir beatus Mochulleus filiali pietate et visceribus misericordiae super aegrotum commotus, flexis in terram genibus ac in caelum erectis luminibus, ad Dominum vociferans dixit: *Fortissime universae carnis Deus spirituum, qui servo tuo Moysi aquas de saxo eremi*[6] *potenter erogasti, mihi etiam servulo inutili licet et infructuoso aquae tantillum, quo huius infirmi morientis restinguere*[7] *sitim valeam, de arenosis terrae visceribus elicere digneris.* Et ecce, semota omni haesitatione, viri sancti deprecatio divinae bonitatis aures reserans, unda scaturiens de gremio terrae in morem fluminis ebulliendo emanavit. Qua recreati, qua intus[8] et exterius refrigerati, post gratiarum actiones ad ulteriora progredientes iterum atque iterum una eademque die sitienti infirmo precibus ac meritis sancti Mochullei divina clementia gelidos fontes de saxosis montium lateribus misericorditer propinavit. Qui trini[9] fontes per declivia convallium divinis nutibus in collectiones et in stagna aquarum iugiter[10] decurrentes usque in praesentem diem[11] sancti Mochullei ab indigenis ibidem commorantibus laci nuncupantur.

5. Praeterea dum in mediis saltibus secus fluenta eremi locum cellulae diligenter idoneum exquirerent, eis ex adverso cerva occurrit[1], quae ceu animal mansuetissimum plausus pati atque viri sancti

— [16] *om.* *A.M.* — [17] dixit *add.* *A.M.* — [18] mi *add.* *A.M.* — [19] diffides *A.M.* — [20] David *A;* Domino *M.*

4. — [1] porro *add.* *A.M.* — [2] celebris *H.M; om. L, in quo sex litterae erasae sunt.* — [3] (et ob.) *om.* *L.* — [4] genera *A.* — [5] exhaustio *A.* — [6] verbo *add.* *A.M.* — [7] restringere *A.M.* — [8] interius *M.* — [9] terni *M.* — [10] iungitur *M.* — [11] die *L.*

5. — [1] occurrens *A.M.*

manus lambere eumque quasi hinnulum proprium amare miro et ineffabili modo contra naturae usum vehementer incepit. Idcirco vir Dei cervam hanc eandem divina miseratione ei in suae peregrinationis iuvamentum ac itineris ductricem caelitus directam intellegens: *Hanc*, ait, *o mi*[2] *frater carissime, in his solitudinis deviis, quocumque nobis ducatum praebeat, in Domino confidentes sequamur.* Ipsa autem fera iam non fera, sed quasi humanis nutricationibus mancipata ac domabilis, nunc illos praecedendo, nunc mugitibus propriisque gestibus laetos animi motus ostendendo, per eandem viam[3], per quam paulo ante transierant, iterum versus austrum in exitu praedictorum montium ad collem, quem[4] tunc regionis illius incolae Dorsum Riscarum, nunc vero Episcoporum Collem usu modernorum nominant, dumis et arboribus vestitum, regressus ducens, in montis cacumine ceu a laboribus defessa in terram procubuit. Tunc ille egregius Christi tiro Mochulleus condignas gratiarum actiones Deo auctori, qui divinis famulatibus destinatum locum per subiectae irrationabilis creaturae ministerium revelare sibi dignatus est, pronus in terra postquam reddidit[5], per solum spinas et tribulos de eodem loco evellere, proceras quasque arbores in vertice montis succidere maturans[6], basilicae fundamentum, Deo propitiante, iniecit. Deinde dum eiusdem stationis faciem ipse idem sanctus propriis manibus quaequae inaequalia aequando et humilia in altiora extollendo planaret, saxum immobile, quasi docta arte superficietenus politum fuisset, invenerat; in cuius saxi medio ad similitudinem grandis hydriae quaedam profunda concavitas fuerat, quam[7] sive[8] divinae bonitatis providentia in eodem[9] silice ab initio creationis dolaverat, sive viri Dei meritis eadem Creatoris clementia lapidem eumdem cavaverat[10]. Ad huiusmodi concham lapideam singulis diebus cerva antedicta, quae viro venerabili Deoque acceptabili per loca sola deserti ad cellulam stravit iter benignum, quasi ad mulcrum occurrens in usum et sustentationem viri[11] Dei atque fratris infirmi[12], quem[4] secum pro remedio animae habuerat, Christo propitiante, uberibus spontanea voluntate lac[13] eodem distillare solebat. Ideoque ut haec cerva ab insidiis venatorum, dum in mediis saltibus pascua repeteret, cognita ac tuta maneret, eiusdem ferae collo nolulam provide[14] subligavit.

6. Deinde post trium vel ferme quattuor annorum[1] recursus celeres cum[2] innumeris languoribus aegros et imbecilles sacrarum antidoto

— [2] (o mi) omni *M.* — [3] *om. A.* — [4] que *A.* — [5] *om. A.M*; egit *add. in M man. rec.* — [6] maturas *A.* — [7] *om. A.M.* — [8] illam *add. A.M.* — [9] eadem *M.* — [10] cavavit extiterit (extiterat *M.*) *A.M.* — [11] servi *A.M.* — [12] (f. i.) i. f. *A.M.* — [13] *om. A.M.* — [14] proinde *H.L.*

6. — [1] *om. A.* — [2] ab *add. A.*

orationum clementer[3] pristinae sanitati restitueret, ac iam plurimos de saeculi erroribus deque draconis erutos faucibus, pie vivendi studio in religionis habitum recepisset, dumque in semotis Hiberniae partibus fama viri nobilis divulgata increbresceret[4], contigit quod homo quidam, nomine Comgalus[5], genere illustris ac sinceris moribus admodum celebris, cuius ora cancer, morbus terribilis atque divina manu tantummodo curabilis, consumenda foedaverat, ante pedes sancti patris Mochullei provolutus dixit: *Pater amate Deo, quandoquidem diversissima infirmitatum genera potenti sermonis tui imperio subiacere non dubito, ut*[6] *inter ceteras languentium catervas mei, plus ceteris indigentis, solitae pietatis et misericordiae causa interno caritatis oculo calamitatem*[7] *velis respicere, rogito.* Tunc beatissimus[8] Dei famulus campanulam, quam sibi paulo ante ipse pater Albinus ad eremum caritatis intersignum transmiserat, ad tabentia ora vultumque languentis applicans, ait: *Immense creator totius universitatis, mundanae machinae rector et inspector, piissime Deus, in augmentum atque in evidentiam christiani nominis et ut infidelibus latrantia ora obstruantur ac fidelibus fidei meritum paretur, praesentem hanc pestem de hoc obsesso corpore in huius campanulae metallum, quatenus ipsum cunctis videntibus tanquam humanas carnes consumat, a*[9] *te deprecor, transire praecipias.* Statimque sine omni temporis alicuius intersticio morbus ille cancer radicitus de vultu viri nobilis contra solitum, contra naturae debitum, efficaci imperio servi[10] Dei in campanulam transiens usque in praesentia tempora ceu humanum corpus admiranter[11] eam[6] consumit (1). Verumtamen quovis miraculo magis mirum magisque memoria dignum menti meae in[12] instanti occurrit, quod quicunque de quolibet crimine suspiciosus hanc campanulam peiurare praesumpserit, isdem daemoniacus seu lunaticus seu arrepticius ob viri venerabilis merita praeclara[13] procul dubio efficitur. Animadvertite igitur, fratres carissimi, et videte ne hoc gentile figmentum vel fabula vana vobis videatur, sed res tam praelatis quam privatis totius Hiberniae[14] populis spectata credatur.

7. His adnectendum est qualiter vir quidam venator, homo ingenuus fortunatusque, cervam praedictam sancti Mochullei, cum vescendi studio solita pascua errando perlustrasset, dumque viridia

— [3] (c. s. p.) p. s. c. *A.* — [4] increscceret *A.* — [5] Comgal *H;* Rongal *A;* Ronogal *M.* — [6] *om. A.M.* — [7] calamitate *A.* — [8] idem *add. A.M.* — [9] ad *M.* — [10] viri *L. ante corr.* — [11] admirentur *M.* — [12] *om. A.* — [13] (m. p.) p. m. *A.M.* — [14] pene *add. A.M.*

(1) Notare iuverit instrumenta monumentave aenea, quae aliquandiu in terra sepulta remanserunt, nonnumquam veluti morbo quodam, quem *le chancre du bronze* dixerunt, deformari. Cf. M. Tyskiewicz, *Notes et souvenirs d'un vieux collectionneur*, in Revue archéologique, 3e sér., t. XXXI, p. 306.

gramina humentibus pratis summatim pascendo decerperet, feram ratus esse indomitam, iaculo ignoranter occidit[1]. Cum[2] propius accedens[3] collo ferae morientis nolam alligatam videret, viri sancti cervam fuisse cognoscens, nimia paenitudine perculsus, gratia petendi veniam sancti[4] famuli Dei praesentiam adiit[5], ibique patris pedibus[6] profusus lacrimans et[7] ingemiscens ait: *Pater, in Deum caeli et in te peccavi, animal innocuum tuae servituti divina providentia directum inscius occidi. Indulge mihi*[8], *pater mitissime, huius criminis reatum indulge, peccavi. Meipsum*[9] *enim et totius posteritatis meae successionem tuae dicioni ac servitio perpetualiter destino*[10], *agros etiam et armenta, quae mihi plura supersunt, tuis et fratrum usibus quantumvis hilari mente ac devota contribuo*[11]. Videns igitur vir beatissimus, cui omnia optata successerant, Mochulleus hominis potentissimi humilitatem et corde contrito veniam petisse, agros cellae vicinos et armenta aliquot, non in satisfactionem sed caritatis indicium ad peregrinorum ceterorumque Christi pauperum communem utilitatem, gratanter suscepit[12]. Quibus armentis mirae fortitudinis taurus quidam indomitus praeerat, eisque a furum atque luporum incursibus[13] omnimodis[14] praebere defensionem[15] solebat. Qui taurus cum sancti viri habitum vultumque[16] vidisset, deposita omni ferocitate ad eum properans, iam tractabilis, iam mitis et amabilis[17], verbere caudae ac totius corporis gestibus miram[18] ac ineffabilem mentis laetitiam ostendit. Quid per singula? taurus idem, quem iam truculentia et protervitate etiam fortibus formidolosum esse diximus, derelicta armentorum societate, tamquam agnellus matrem vel catellus nutritorem Dei hominem ad cellam contra rerum naturam secutus est, in tantumque ibidem mansuetissimus domesticusque factus, quod de exteris villis onera solus sine ductore praevio[19], sine agitatore[20] ullo, ad usus et utilitates claustri ceu rationalis creatura afferre solebat.

8. Interea dum ista, quae iam declaravimus, miracula et alia plura, quae compendii amore omisimus, precibus ac meritis[1] felicissimi patris caelitus fiebant, quidam regulus nomine Forannanus, vir[2] immitis et immisericors, summi Creatoris ac sanctae religionis contemptor praecipuus, meridianos Hiberniae populos sua cruenta tyrannide pessumdando regens surrexit. Cuius tyranni municipium

7. — [1] occiderit *A.M.* — [2] Cumque *M.* — [3] ei cedens *A.* — [4] *om. A.*; sciti *H.* — [5] abiit *M.* — [6] patris *A iterum.* — [7] atque *A.M.* — [8] mi *A.L.* — [9] meque ipsum *A.M.* — [10] destineo *A.* — [11] Hilarem enim datorem diligit Deus *add. A.M.* — [12] recepit *A.M.* — [13] incursus *A.* — [14] omnimodum *A*; omnimodam *M post. corr.* — [15] defensione *A.* — [16] vult. habitumque *A.M.* — [17] (i. m. et a.) *om. M.* — [18] mirum *M.* — [19] praebeo *A.* — [20] alligatore L.

8. — [1] *om. L.* — [2] *om. M.H.L*; vix *A.*

unius stadii spatio a sacello viri sancti fere distabat. Proinde cum in eadem cella missarum votiva[3] sollemnia compulsationibus campanarum humanaeque vocis iubilo a sanctis fratribus ibidem degentibus celebrarentur, ipse idem regulus inimicus Dei atrox cum uxore sua impiissima Guarei filia, regis aquilonalium Hiberniae, inopinabili feritate sibi simillima, ululatibus vulgi ac latratibus canum necnon levetium et pelvium tinnitibus, ne divini servitii auditores fierent, aures obstruebant. Eiusdem vero regis nefarii uxor praedicta, simili tyrannide ac diabolica fraude instimulata, agros et possessiones viri sancti exteriores violenta manu, nullo[4] contradicente, sibi vendicando usurpavit; cumque per aliquot[5] annos profanas sceleratissimae uxoris regiae rapinas sanctus vir patienter sustineret, dumque innatae iniquitatis malitiam mulieris eiusdem patientiae invincibili virtute devincere vellet, contigit quod cum multo comitatu suarum comitum stipata dulcibus carnis illecebris ac balneis fomentari violenter desiderans, ad sacellum venisset. Homo Dei tandem zelo Creatoris armatus, obviam reginae occurrens dixit ad eam: *Revertere, revertere, filia Babylonis misera, non huc amplius reversura, non amplius praestanti forma tuo[6] placitura marito*[7]. O quam mira quamque miseranda est divinae severitatis ac districtionis, fratres piissimi, sententia. Regina etenim haec paulo ante mulier formosa superne, quae ritu ferarum caeco per Creatoris contemptum bestialiter vixerat[8], ipsa cum universis eiusdem sexus comitibus in caprinis capitibus intuentium visibus apparuit, et ut caprae humanae modos loquelae statim amittentes, inter se obstrepuerunt. Sed quia ipsa et impiissimus Forannanus[9] hoc miraculo minime perterriti, obstinatis mentibus ad imbres lacrimarum salubres ac ad cetera paenitentiae lamenta currere contempserunt, intra[10] paucos dies digna pro sceleribus supplicia iusto Dei iudicio recipientes, diris corporum cruciatibus vitam finierunt.

9. Praeterea dum hoc[1] insigne miraculum, tum pro magnitudine rei ipsius tum pro claritate atque nobilitate regis et reginae peremptorum longinquis Hiberniae regionibus divulgatum fuisset, Aquilonalium Guareus rex antelatus, divinae hanc ultionem vindictae audiendo, non flexis ad Deum genibus, non[2] piis fletibus nec corde contrito Excelsi a se iram avertere nitebatur, verum etiam eadem crudelitate atque hostis antiqui versutia concitus, armatos abactores septem viros locorum peritos, quatenus virum sanctum, cuius potenti imperio Christi ecclesiae persecutrix praedicta neci[3] fuerat destinata, capitali sententia plecterent seu[4] revinctis post terga manibus sibi

— [3] (m. v.) v. m. *A.M.* — [4] *om. L.* — [5] aliquod *M.L.* — [6] (p. f. t.) f. p. t. *M*; formata prestantivo *A.* — [7] discedas *add. A.M.* — [8] vixerit *A.H.L.* — [9] Foramanus *A.* — [10] infra *A.M.*

9. — [1] hec *A.* — [2] nec *A.L.* — [3] nec *add. A.* — [4] ceu *H.*

praesentarent, direxit. Illi vero per omnia regio laeti obtemperantes imperio, dum sancti patris affinia sacello loca tenuissent, taurum, quem hominis Dei superius famulatibus manicipatum fuisse diximus, victualia fratrum usibus videntes deferentem, immissis iaculis, quamvis immeritum exsultantes interfecerunt. Cuius tauri carnibus praedones famelici labore itineris et inedia refici volentes, partim carnes ignibus torrere, partim ferventibus undis decoquere dum satagerent, nec tamen ipsas ardoribus ignis assare vel elixare[5] valebant, immo quantumcumque sarmenta et cetera focis idonea fomenta inicerent, aqua frigidior ac caro magis cruentata apparebat. Sed hoc[6] cum Spiritus sancti gratia viro celebri Mochulleo revelatum fuisset, secum in eremo viventibus dixerat: *Viri,* inquit, *fratres, taurum, quem Salvatoris benignitas nostris*[7] *hactenus destinaverat obsequiis, diri raptores in praesentiarum occiderunt.* Hoc dicto, ipse vir Dei solus viam, per quam paulo prius taurus fidelis fratrum famulus ire atque redire solebat, ingrediens, in secretis praerupti saltus convallibus ignem, iuxta quem praedicti praedones occupaverant, vidit. Ad quem ignem, ut videret qui[8] vel unde latrunculi illi essent, divertit. Viri autem abactores sanctum videntes virum ultro sibi adventare[9], aggratulantes alter ad alterum dicebant: *Ecce nobis totiens optatae*[10] *data copia caedis est*[11]*; ecce qualiter Deus virum nigromanticum*[12]*, virum hypocritam in manus nostras tradidit. Venite ergo et disperdamus eum de gente, et non memoretur*[13] *nomen eius in aevum.* Atque agmine facto, in hominem Dei irruentes ac veluti feram indagine clausam eum strictis mucronibus obtruncare volentes obsederunt. Deinde autem cum certatim gladios ad aures[14] in ictus et vulnera sancti patris Mochullei crudeliter erigerent, ipsae manus eorundem virorum, quae enses tenebant, quasi lapides sine omni flexu nervorum in aere diriguerunt, totaque ipsorum corpora tanquam statuae immotae[15] sine omni potentia movendi terrae adhaeserunt.

10. Cum igitur se quasi inanimata cadavera virtute Salvatoris fieri vidissent, cumque virum sanctum tanquam rupem inter medios fluctuum maris insultus immotum et intrepidum mirarentur[1], eorum unus, cuius menti[2] misericorditer Deus ab alto[3] illuxit, ad ceteros ait[4]: *O nos*[5] *insensati hominesque miserrimi, quorum vita est aestimanda insania, Creatori nostro invisibili ac immortali terreni regis atque caduci sceleratis iussionibus ut quid bellum inferimus? Ut quid famulum eius, quem sanctum et ratum in omni opere suo audivimus atque*

[5] elaxare *A;* elicare *M.* — [6] hec *A.H.* — [7] nostri *A.M.* — [8] que *A.M.* — [9] (s. a.) a. s. *A.M.* — [10] est *add. A. M.* — [11] *om. A.M.* — [12] nigromantium *M.* — [13] memoratur *H.L.* — [14] *forsan legendum* auras. — [15] in monte *H.*

10. — [1] miraretur *A.* — [2] (c. m.) m. c. *A.M.* — [3] (D. ab a.) ab a. D. *A.M.* — [4] dixit *A.M.* — [5] ait *add. A.M.*

experimento didicimus, vesania et furore inducti occidere tentavimus? Cumque hoc dixisset, ipse et eiusdem facinoris ceteri complices, abiectis unanimiter armis, ante pedes homini sancti veniam lacrimis et singultibus de furiosis ausibus petendo se prosternebant, dicentes : *Sancte pater amabilis, sancte pater affabilis, nos amentes et*[6] *dementes quamvis immeritos suscipe, de commissis indulgentiam concede.* Tunc temporis videns vir beatissimus illos velle commissa lugere et flenda[7] ulterius non committere, in oscula de terra erexit. Brachia etiam et eorundem corpora naturalibus plicaturis carentia[8], dicta oratione et nomine Salvatoris invocato, reflexit. Insuper etiam ut carnibus, pro quibus elixandis assandisque plurimum elaboraverant[9], reficerentur[10], eis indulgendo praecepit. Hoc facto, ipsi viri septem veterem exuentes hominem et operibus tenebrarum abrenuntiantes, sanctum Dei Mochulleum ad eremi studium[11], dura et[12] aspera pro Christo tolerare volentes, humiles mansuetique secuti sunt. Muros praeterea et fosseta cellulae profundissima, necnon et antemuralia quibuslibet exercitibus inexpugnabilia, infra unius anni terminum in sudore vultus sui ipsi soli, septem angelorum virtutibus ac iuvamentis adiuti, perfecerunt. Litteras interim sacras interna Spiritus sancti illustratione illuminati in tantum didicerunt, quod omnes septem ad regimina ecclesiarum digno pontificatus honore promoti, exigentibus eorum[13] meritis, annos post paucos sunt electi.

11. Porro rex[1] Guareus intellegens quod nec insidiis nec arte nec dolo adversus sanctum praevaleret, ipse tanquam Satanae stimulis instigatus, adhuc contumax, adhuc in malitia pertinax[2], rebellando Creatori tria fere virorum milia armatorum[3] clanculo colligens, nocturnis itineribus per secretas montium supra memoratorum convalles, mane facto, ad loca cellae vicina pervenit. Quibus in locis ipse rex cum paucis subsistens totius robur exercitus cum cetera vulgi multitudine, quatenus praedictos septem viros[4], quos ipse miserat ad sanctum comprehendendum, crudeli nece[5] primo perimerent, ac secundo ipsum Dei hominem revinctum sibi praesentarent, ut diris cruciatibus eundem pro voluntate affligeret, adversus Deum caeli praeliaturus, tanquam urbes muris et civibus praemunitas expugnaturus, ad coenobium direxit. Qui cum a radicibus montium magna laetitia et alacritate animi, victoria praedaque potiri sperantes, per[6] campestria loca coenobio[7] approximarent, eis virgo nomine Glesnetis, quae ignem de cella fratrum rei familiaris utilitati in gremio suo, illaesis tamen vestibus, deferebat, obviavit; et haec erat quaedam

— [6] nos *A.M.* — [7] flebilia *A.* — [8] *om. A.M.* — [9] ut *add. A.M.* — [10] reficeretur *A.* — [11] queque *add. A;* quem *add. M.* — [12] queque *A;* quem *M.* — [13] *om. A.M.*

11. — [1] (p. r.) r. p. *A.M.* — [2] pervicax *L.* — [3] armorum *L.* — [4] (v. q. i. m.) i. q. m. v. *A.M.* — [5] nec *A.* — [6] *om. M.* — [7] (l. c.) c. l. *A.M.*

filia[8] speciosa Sion, haec erat una de filiabus Tyri, de prudentium quinque virginum[9] numero una, quae sola in mediis nemoribus inter agrestes feras miranda animi constantia cum indeficienti oleo caritatis sponsi adventum praestolando virgo anachoreta manebat. Quam[10] virginem, vulgi circumstante corona, sollicita inquisitione viri summates et praelati exercitus interrogaverunt[11], dicentes: *O mulier, ostende nobis quibus in latebris homo hypocrita, populorum seductor, vanae superstitionis amator, Mochulleus regis nostri timens adventum latitat. Hinc ex nobis quaevis feres praemia, nostro quoque regi hinc[12] fies gratissima, si qua nobis viri huius reveles latibula.* Quis virgo, fidens animi constantia[13] et virtute, vultu intrepido respondit : *Virum,* inquit, *hypocritam vel populi seductorem in hac regione nec videram, nec fama fuisse audieram. Sed si virum praeclarum Dei famulum requiritis Mochulleum, ecce in oratorio cum suis fratribus regem caeli commorando veneratur. Regis vero vestri nefanda imperia ac versutiam[14] insidiarum eiusdem, fidei lorica indutus, aspernatur.*

12. Ceterum cum sancta virago[1] pro principum beneplacito ad interrogata non responderet, cumque[2] tenax veri[3] virum[4] Dei electum dignis laudibus extolleret, quidam de illic stantibus, vir indisciplinatus et dyscolus, petulantibus et lascivis vocibus infronite[5] virgini insultans ad sinus eiusdem, quo, ut antea[6] memini, veste incontaminata vivos detulit carbones, manum temerariam, volens quid intus lateret perscrutari, porrexit. Ast virgo sanctissima Glesnetis[7], luminibus in caelum sublimatis, non sono vocis sed cordis intentione ad Dominum[8] clamitans, ignes, quos inclusos intacta veste[9] deportaverat, in ora illudentium hinc inde stantium tanquam carbones desolatorios, explicato sinu, dispersit. De quibus sic proiectis, sic expansis ignibus foetor quidam gravissimus pestifer et peremptorius per universum paene exercitum exhalavit. Qui cum naribus et auribus singulorum inspiraretur, quasi divinae severitatis ac meritae ultionis gladius de caelo emissus, in momento, in ictu oculi, omnes hostiles turmas stravit, et ut in densis procerisque[10] nemoribus arbores seu ventorum viribus erutae seu[11] agrestium[12] securibus succisae sibi invicem connexae sibi alterutrum[13] apodiatae velluntur, sic defunctorum luce carentium corpora, prout quosque[14] illorum mortis propriae nisus vel rigor deprehenderat, passim miro divinae potentiae imperio cater-

— [8] puella *A.* — [9] *Abhinc fragmentum in codice Salmanticensi* (= S). — [10] quia *A.* — [11] interrogaverant *S.* — [12] hinc *om. S.* — [13] conscientia *A.M*; continentia *S.* — [14] versutia *A.S.*

12. — [1] virgo *S.* — [2] ipsa *add. A.M.S.* — [3] viri *M.* — [4] illum *S.* — [5] in fronte *A.* — [6] ante *A.* — [7] Glenetis *A.M.* — [8] Deum *H.M.* — [9] (i. v.) v. i. *A.M.S.* — [10] proceris *A.* — [11] *om. M.* — [12] *om. H.L.* — [13] (s. a.) sibique *H.L.* — [14] quodque *A*; quoque *M.S.*

vatim iacebant. Cur igitur, fratres carissimi, per apostolos ac per apostolicos viros reges mundi, regna etiam ac imperia perfringi ac luce signorum eorundem virorum velut firmamentum sideribus ecclesiam primitivam illustrari[15] miramur, cum in secretis orbis terrarum secessibus per pauperculos ac mulierculas tanta ac talia miracula fieri videmus[16]?

13. Subinde cum tantae[1] cladis nuntius regi[2] universum suum exercitum vindicibus flammis deletum accurrens indicaret[3], tunc primum ipse rex[4] Guareus timidus ac meticulosus Deum timere venerarique, et iam sanctum Mochulleum Christo carum et acceptabilem famulum fuisse credere incipiens, se extensis manibus pedibusque in terram proiecit[5]. Nuntios etiam ad virum sanctum, qui[6] eum, semota omni occasione[7], accersirent, direxit. Qui magna animi alacritate et laetitia regis paenitudinem Deo ac sibi gratissimam esse[8] sciens, cum eisdem legatis ad regem iam mitem, iam humilem, profectus est. Quem cum rex sibi approximare audisset[9], sese iterum[10] in terram[11] provolvens, in his verbis prior sanctum allocutus est dicens: *Ego, o Christi miles potentissime[12], vermis et non homo, elationis superbia inflatus, quia[13] arma impia[14] in Creatorem meum intuli ac te eius famulum nefanda persecutione huc usque persequebar, oculos meos ad caelum levare non audens[15], ut ad Deum salvatorem pro me misero peccatore intercedere digneris, humiliter expostulo. Semota dein omni haesitatione, derelicto regni solio, quaecumque paenitentiae lamenta et afflictiones lugubresque habitus pro tam furialibus ausibus[16] contra incentiva vitiorum mihi praescribis, tamquam Domini disciplinam ego libens amplector, meque ipsum etiam[17] praesertim et omnem successionem[18] meae posteritatis[19], ceu[20] tributarii iuris proprios, altari tuo immutabiliter astringo. Agros praeterea camposque late iacentes coenobio tuo, quantum usibus suppetat fratrum, inconvulsabiliter tibi assume.*

14. Cum igitur vir sanctus viri tam celebris tamque potentis contribulati cordis sacrificium Deo acceptabile ac vitae emendationem gaudens audiret, regem de terra sublimavit atque, prece facta, ipsum Christo reconciliando in gratia Creatoris confirmavit. Sed cum postea iuxta loca, ubi corpora tot nobilium tamquam inanimata cadavera iacebant, deambularent[1], vir Dei regis fletibus et miseriis[2] devictus,

— [15] illustrati *A.M.* — [16] videamus *S.*

13. — [1] *om. S.* — [2] regii *A.* — [3] indicaverit *A.M.S.* — [4] (i. r.) r. i. *A.M.S.* — [5] proiectis *S.* — [6] que *A.* — [7] sibi *add. M.S.* — [8] *om. A.M.S.* — [9] vidisset *A.S.* — [10] atque iterum *add. S.* — [11] in t. *om. S.* — [12] potissime *S.* — [13] qui *S.* — [14] impiam *S.* — [15] audiens *L ante corr.*; auderes *S ante corr.* — [16] ausis *A.M.S.* — [17] (i. e.) e. i. *A.M.S.* — [18] successionis *A.M.S.* — [19] posteritatem *A.M.S.* — [20] seu *S.*

14. — [1] deambulaverunt *A.M*; deambulaverint *S.* — [2] miseris *S.*

assumpta sibi sacra virgine praefata, flexis in terram genibus manibusque in caelum expansis, tamdiu lacrimis et orationibus perstitit, donec Salvatoris benigna sinceritas ac ineffabilis misericordia Deitatis[3] universum regis exercitum redivivum pristinae vitae restauraret. Quae vero vel quanta tunc divinae laudis exsultatio in campo eodem, vel quis clamor populi ab inferis revocati fuerit[4], atque qualis[5] tunc fragor laetantium ad sidera ferebatur, materia superante ingenium, verbis explicare non valeo. Sane quidem rex Guareus, prout veris antecessorum traditionibus acceperim, prae universis Hiberniae seu Scotiae principibus in tantum ad omnes liberalis et munificus exstiterat, ut quicumque eius praesentiam dona ac beneficia petiturus adiret, is collati muneris impetratione[6] numquam frustratus abiret. Cum itaque tantorum praeclara signorum[7] fama in semotis occidentalium finibus nomen Salvatoris ac viri illustris merita clarificavit[8], cumque de longinquis regionibus variis populorum concursibus idem sanctus frequentaretur, a sanctis Hiberniae patribus Mochulleus ad honorem pontificatus, eo nolente atque renuente, promotus est.

15. Quae vero postea vel quanta idem sanctus[1] in vita egerit, ne audientium aures protracti sermonis taedio afficiam, silentio praetermissa compendii studio captus praetereo; sed pauca ex multis, quae vel nostris vidimus oculis vel auribus audivimus vel patres nostri annuntiaverunt nobis, ab eodem sancto post obitum suum[2] divina sunt[3] virtute peracta, succincte expediam. Contigit etenim quod duo viri modernis temporibus genere illustres et propriis facultatibus praepotentes regi Hiberniae Theodorico[4] prae omnibus acceptabiles, invidia ac odio et simultatibus[5] plurimum a se[6] dissentirent. Qui cum fortuitu[7] iuxta sancti viri cellam sibi ex adverso obviarent, primo hostilia arma miscere[8] ac praeliari coeperunt. Dein cum cruoris hinc inde multum effunderetur, is qui iure belli victoriam campo obtinuit, victum mucrone obtruncavit. Sed dum verebatur ne a regis militibus deprehenderetur ac ne perpetrati homicidii reus regi[9] praesentaretur, viri sancti basilicam, quae proxima erat[10], cum paucis intravit. Tunc vero rex Theodericus[11], tanti principis morte audita, tum dolore, tum ira vehementer commotus, cohortes militum armatas cum Tatheo[12] illustri suo filio, qui tunc temporis praestanti forma corporis ac virtutum fama et internae nobilitatis luce omnes praelatorum regni eius-

Cf. I. Ioh. 1. 1.

— [3] divinitatis *S.* — [4] fuerat *A.* — [5] quasi *M.* — [6] impetrationem *A.* — [7] miraculorum *S.* — [8] *ita codd. omnes.*

15. — [1] miracula *add. A.M.S.* — [2] (p. o. s.) *om. M.S.* — [3] *om. S.* — [4] Teotico *M*; Teodrico *S.* — [5] simulatibus *S.* — [6] invicem *add. A.M.S.* — [7] forte *A*; forte fortuitu *M.S.* — [8] *In medio hoc verbo desinit S.* — [9] rei *M.* — [10] fuerat *A.* — [11] *ita etiam M.* — [12] Thatheo *M.*

dem filios praeibat et, ut paucis breviter expediam, universa meridianalis[13] Hiberniae eundem Tatheum regem affuturum, si patri supervixerit[14], sibi decrevit, ad monasterium, quo inclusorum[15] excubiae tenebantur, direxit, ea tamen condicione, ut nec eiusdem ecclesiae portas perfringere auderent, nec regiae maiestatis ac homicidii reos violenta manu abstraherent, sed eosdem diutinae obsidionis inedia et siti deditionem facere quantocius cogerent.

16. Dumque idem inclusi de die in diem fame[1] et aquarum penuria plus ac plus affligerentur, et paene de vita desperarent, tunc vir reverendi admodum vultus caesarie cana[2], barba prolixa, cum vestibus albis in somnis uni inclusorum[3] apparens ait: *Video, mi frater*[4], *quod siti et calamitatibus artae paupertatis oppressi deficientes deficitis. Quare ocius surgite atque*[5] *sinistrum altaris latus in altitudine*[6] *unius cubiti terram suffodite. Nam sublimator*[7] *perditorum et adiutor indigentium Creator propitius*[8] *vobis, licet immeritis peccatoribus, fontem salientis aquae de hac etiam petra eremi clementer educet.* Ille autem expergefactus rem visam sociis[9] ordine pandit. At vero inclusi illi dictis somnii[10] fidem nequaquam adhibentes, vanas sitis acredine ac famis uredine illusiones esse credebant. Dein cum eidem viro, cui primo vir sanctus in somniis[11] apparuerat, denuo aquarum fontes ad latus altaris elicere[12] insinuaverit, is idem[13] verbis patri iterum diffidens quieti membra indulsit; sanctus tamen vir pervigil, misericordiae visceribus super inclusos commotus, praefati iacentis latere tacto, eidem[14] minitanti voce ac terribili dixit: *O homo durae cervicis ac mentis incredulae, surge ocius, assumptis tibi tuis*[15] *comitibus, aquas, ut praedixeram, de terrae gremio vobis asciscite. Sed ut omnis ambiguitas et diffidentia ab incredulis animabus vestris in praesenti sequestretur, fossorium, quo mihi victum in monte hoc, dum comes vita manebat, quaerebam, in augmentum huius negotii certitudinis in praemonstrato loco reperietis.*

17. Nunc igitur idem inclusi sancti patris monitis per omnia fidem adhibentes, quamvis debiles, quamvis viribus imbecilles, locum praesignatum unguibus et digitis dum suffoderent, rastrum praedictum invenerunt. Tunc vero, tunc primum, tunc praecipue hominem Dei Mochulleum salutarem nuntium sibi inclusis ac obsessis affirmantes, resumptis viribus ac laetis mentibus, Salvatori dignas laudes gratanter agentes, cum unius cubiti altitudine terram infoderent, gelidarum[1]

— [13] *ita codd.* — [14] supervixisset et *M;* p. si supervixisset *A.* — [15] inclusae *A.*

16. — [1] fama *M.* — [2] ac *add. A.M.* — [3] reclusorum *L.* — [4] ait *add. A.* — [5] iuxta *add. A.M.* — [6] altitudinem *A.M.* — [7] (N. s.) ac sublimatorum *A;* ac sublimator *M.* — [8] (C. p.) p.C. *A.M.* — [9] socii *A.* — [10] somni *M.* — [11] somnis *H.M.* — [12] *om. A.* — [13] (is id.) isdem *A.* — [14] que *add. A.M.* — [15] *om. L.*

17. — [1] geledax *A.*

laticem aquarum Dei viventis ac miserentis[2] propitiatione contra solitum, contra naturae debitum, de saxi medio exciderunt[3]. Sed fons idem per cavernas petrarum ac fissuras tanta redolentia suavissimi odoris et fraglantia in nares et ora vultusque virorum circumstantium de terrae visceribus resilibat, tanquam[4] de paradisi limitibus[5] per diversa aromatum genera cursitare crederetur. Praeterea, ut ipsi idem obsessi veris assertionibus coram rege Theoderico[6] asserebant, quasi cibus eremi manna Israhelitis desiderati cuiuslibet cibi saporem in ore praestabat, ita praesentis fontis haustus eisdem inclusis sitientibus ac esurientibus optatae cuiuslibet escae odorem ac dulcedinem Creatoris eodem nutu in ore ostendebat. Dein[7] dum laeti, dum hilares, dum divina miseratione velut exquisitis diversarum ferculis epularum reficerentur, dumque lamentis et vocis iubilo vociferantes condignas Creatori gratiarum actiones devotis mentibus persolverent, Tatheus Theoderici[8] regis filius, qui, ut diximus, cum[9] multitudine illos inclusos obsessione tenebat, quae tantae laetitiae et exsultationis obsessis, qui fame et siti mori credebantur, causa fuerit[10], ineffabiliter admirabatur.

18. Proinde praememoratus princeps inclusus tanta miraculorum beneficia[1] sibi indigno a Salvatore videns praestari, divino fretus auxilio, ad ostium monasterii, qua[2] egregius regis filius cum militibus excubabat, procedens, his verbis exterioribus causam laetitiae et iucundidatis inclusorum revelasse memoratur: *O*, inquit, *praeclarae nobilitatis ac praestantissimi animi iuvenis, Deo immortali, regi saeculorum invisibili, qui nos licet indignos esurientes et sitientes fluentibus aquis quasi de petra eremi per preces et merita famuli sui[3] patris nostri[4] Mochullei refecit ac satiando[5] nos a morte ad vitam revocavit, tu homo quasi folium quod siccatum rapitur a vento, tu, inquam, aevi brevis ac naturae corruptibilis creatura, bellum inferre praesumis?* Regius vero adulescens Tatheus elata et obstinata mente ad haec respondit, dicens: *Vobis*, inquit, *talibus ac talibus, quibus divina severitas communi aura[6] vesci pro sceleribus denegat, viva fluenta de vertice montium trans rupes et saxa propinavit? His aquarum figmentis, nisi ipsa fluenta vel oculis videam aut manu tangam sive ore hauriam, minime acquiescam.* Praedictus vero princeps obsessus praesentis miraculi exterioribus in excubiis sedentibus fidem ingerere et sui ac suorum de incluso carcere liberationem desiderans, ipsam aquam fontis caelitus datam utcumque per quaeque ostii ecclesiae foramina

— [2] miserantis *A*. — [3] excuderunt *A*. — [4] *om. A.* — [5] fluminibus *M*. — [6] Teotrici *A*; Teotrico *M*. — [7] deinde *A*. — [8] Teotrici *A.M.*, *et ita porro.* — [9] militum *add. A.* — [10] fuerat *A.M.*

18. — [1] beneficii *A*. — [2] quo *A.M post. corr.* — [3] *om. A.* — [4] *om. M.* — [5] (ac s.) adsaciendo *A.M.* — [6] auri *A*.

et rimas in ora vultusque eorundem in statione manentium crebra aspergine distillavit. De cuius aspersionis stillicidio velut gutta situlae aurem Tathei iuvenis forte penetrans, eiusdem adulescentis egregii quasi fulminis immissi scintilla cerebrum in tantum perturbando transivit, quod ipse in vesaniam versus seu arrepticius vel daemoniacus etiam a suis complicibus crederetur.

19. Cum igitur catervae militum, quae armis et obsidione praedictam vigilanter ecclesiam vallabant, divinae virtutis signa et miracula precibus ac meritis sanctissimi patris Mochullei prodigialiter facta vidissent, terrore perterriti Tatheum ligatum Theoderici regis aspectibus afferentes, ei[1] acta terribilia, quo ordine digesta ab initio fuerint[2], rettulerunt. Quapropter ipse Theodericus simili terrore et virtute signorum perculsus, inclusum comitem cum suis omnibus, totius reatus eorundem immemor, in pristinae amicitiae gratiam ob sancti patris Mochullei reverentiam et reconciliationem[3] accurate recepit. Cum igitur rex idem Theodericus praefatum Tatheum, quem prae universis impatienter amabat, divinae ultionis sententia cruciari videret, abbatem, qui ecclesiae sancti patris Mochullei praeerat, sibi accersiri iusserat; cumque is, semota omni haesitatione, in regis praesentia staret, ipse Theodericus eundem abbatem his verbis[4] prior alloquitur: *Ascende,* inquit, *verticem montis, quo corpus sancti patris Mochullei reconditum esse dinoscitur, et quascunque regiones agrosque et ceteras possessiones, quibus Deo famulantes victitant, videris, per manus mediatorum sancto Mochulleo et eiusdem sequacibus in libris annalibus ad memoriam confirmationis ascribe[5], ea condicione ut tu tuique fratres universi, qui in oratorio sancti Mochullei iugiter[6] Salvatori[7] famulantur, pias ad Dominum et ad eundem patrem pro filio meo Tatheo preces incessanter fundere velitis, quatenus eidem[8] interventu patris Mochullei sanitatem restituere divina clementia dignetur.*

20. Audiens igitur loci eiusdem abbas tanta praemia ac tot praedia[1] restaurandae sanitatis gratia sibi ac suis successoribus immutabiliter collata, tantarum cupidine rerum illectus ac deceptus, non solummodo religiosos loci illius, verum etiam fideles quosque[2] ad oratorium vocavit[3], quatenus pro sanitate Tathei Excelsi[4] clementiam exorarent, ibidem compellavit. Dumque ipse idem abbas ante sanctissimi[5] Mochullei sepulcrum accumberet, ut accurate orationum instantia ad Deum preces dirigeret, divino[6] severitatis iudicio perpetuis involutus tenebris, lumine privatus est. Eodem quoque die[7]

19. — [1] que *add. A.M.* — [2] fuerant *A.M.* — [3] (rev. et rec.) et reconciliationis reverentiam *A.M.* — [4] (a. h. v.) h. v. a. *A.M.* — [5] conscribe *A.M.* — [6] iungiter *A.* — [7] *om. L.* — [8] eiusdem *M.*

20. — [1] premia *A.* — [2] circumstantes *add. A.M.* — [3] vocaverit *A.* — [4] (p. s. T. E.) E. p. s. T. *A.M.* — [5] confessoris *add. A.M.* — [6] divinae *A.M.* — [7] *om. A.*

praestantissimus ille iuvenum regis filius Tatheus, flos immaturus, spes et fiducia populi, inter amplexus carorum ac singultus principum, ante omnia[8] parentum agmina[9], caelesti telo traiectus exspiravit. Quis vero dolor vel qualis gemitus vel quantus luctus[10] populi exstiterit[11], cum Tatheus totius regni honor, spes[12] et gloria inter concentus[13] cornionum atque tubicenum[14] et inter commultiplices lugentium catervas, prout occidentalium[15] regnorum exsequiis praelatorum moris est fieri, ad patres suos apponeretur, quantaque[16] Dei viventis ac sancti Mochullei pertimenda severitas variis rumoribus vulgi celebraretur, deficiente pro rei magnitudine intellegentia, reticere decrevi.

21. Proinde divinae ultionis eiusdem prorogata sententia, rex ipse Theodericus Hiberniae regum clementissimus, a vertice usque ad plantam pedis una eademque die tanto languore perculsus est, ut non nisi famulorum suorum manibus moveri potuisset. Tunc propere ad fontem, quem divina propitiatione in ecclesia sancti patris Mochullei de rupe manantem praediximus, ut ei caelitus dati fontis pauxillum, quo sibi amissa sanitas restauraretur, apportaret, nuntium direxit. Nam huius fontis eiusdem haustus, tamquam de[1] paradisi fluminibus per occultos terrae meatus derivaretur, sic[1] variis ac diutinis languoribus usque in hodiernum diem ineffabiliter medetur. Sed dum regis nuntius secum in vase quodam tantillum aquae afferre maturaret, vasculo fracto, negotio infecto[2], frustratus ad regem redierat. Cumque iterum atque iterum rex eandem aquam, tamquam caeleste datum desiderans, sibi afferri praecepisset, nec astu nec cura nec cautela desiderati fontis unda regi potuit praesentari; et sic divini laticis munere communi rex clemens Theodericus ac mitis et, ut iudicio videbatur humano, vir iustus et rectus, privatus est. Praeterea universorum regni totius religiosorum rex idem utens consilio, innumeras septem annorum virgines in unum convocavit eisdemque nomen individuae Trinitatis orandum[1] humiliter indixit, quatinus omnipotentis Dei ac sancti[3] Mochullei offensam precibus et vitae sinceritate ab eo averterent. Cumque virgines eaedem in unum convocatae ieiunantes[4] aeterni regis pro terreno clementiam exorarent, ecce eques quidam festinans virginibus regis obitum praenuntians dixit: *Quid hic*, inquit, *in*[1] *vanum pro defuncto iam rege lacrimis ac gemitibus vestris aures Salvatoris*[5] *sollicitatis?* Hoc audito, virgines, deserto coetu, ad propria[6] rediere. Sed is idem[7]

— [8] ora *A.* — [9] *om. A.M.* — [10] (q. l.) l. q. *A.M.* — [11] extiterat *A.* — [12] (h. s.) s. et h. *A.M.* — [13] (i. c.) intercentus *A.* — [14] tubicinum *M post. corr.* — [15] occideret alium *A.* — [16] quanta *A.M.*

21. — [1] *om. A.M.* — [2] (n. i.) i. n. *M*; infectoque n. *A.* — [3] patris *add. A.M.* — [4] et *add. A.M.* — [5] aures *M iterum.* — [6] omnes *add. A.M.* — [7] (is i.) iidem *A.*

eques dum festinanter coram virginibus[8] cursitaret, ab inspicientium[9] oculis subito, cunctis admirantibus, evanuit. Rex tamen Theodericus insequenti die, eadem hora qua praedictus eques virginibus apparuerat, dimidio dierum suorum, divina sic dictante[10] iustitia, revocatus, universae carnis viam ingressus est. Quaproter penes reges universos Hiberniae postea sancitum est, quod nullus regum eorundem in territorio sancti patris Mochullei quicquam praecipere[11] vel auferre posthac praesumeret.

22. Quid igitur, fratres dilectissimi, viri[1] affabiles, viri Deo acceptabiles, quid vobis videtur? Nonne[2] haec illustria ac evidentissima sancti patris Mochullei miracula quorumlibet etiam infidelium mentes erigere ad caelestis patriae desideria[3] videntur? Nam quae et quanta pie vivendi praemia ac meritorum gaudia mundi contemptoribus, Christi coheredibus, in futuro praeparentur, et praecipue qualia ac quam praeclara praemia procul a patria carisque propinquis amore caelesti se[4] sequestrantibus sanctorum patrum iustis precibus reddantur aeterna, cum sceleratis et reatibus homicidii pollutis intercessione sancti patris Mochullei fontem de saxo divina clementia produxerit[5] cumque eiusdem sancti iniurias in regem et in regis filium digna ultione vindicaverit?

Sed quia segnius irritant... (*reliqua vid. in* MG., *Scr. t. XX, p. 512-14*).

— [8] in campo *add. A.M.* — [9] insipientium *A.M ante corr.* — [10] dictitante *A.* — [11] percipere *L.*

22. — [1] *om. A.* — [2] non *A.M.* — [3] (m. e. ad c. p. d.) ad c. p. d. m. e. *A.M.* — [4] *om. L.* — [5] produxit *L.*

VI. MIRACULUM B. V. MARIAE

Cf. supra, p. 44, ad d. 2 febr., primo loco.

Postquam has plagulas semel iam correxeramus, aliud agentes animadvertimus hanc narrationem iam olim a Floravante Martinello in sua *Roma ex ethnica sacra* (2ª ed., Romae, 1668), p. 239-42, ex codice Vaticano editam esse. Quoniam tamen volumen illud rarum satis est, narrationem istam ab appendicibus nostris removendam non duximus; textum vero codicum austriacorum cum editione romana (= R) sedulo contulimus.

Sermo[1] in purificatione sanctae Mariae[2].

Purificatio[3] sanctae Mariae, quando cum infante Iesu repraesentata est in templo.

Temporibus beati Bonifatii papae, qui, ut in ecclesiasticis historiis legitur, a Foca imperatore eximiis obtinuit precibus, quatinus templum Romuli, quod ab antiquis Romanorum graeco vocabulo Pantheon vocabatur[4], sanctae Dei[5] ecclesiae quasi ad supplementum religionis adderet et in honore beatae semper virginis Mariae ac simul omnium sanctorum dedicando consecraret, facta est in urbe Roma inter Iudaeos atque catholicos seditio non modica. Impugnabant quippe inimici Iudaei toto vesaniae impetu fidem incarnationis Christi, asserentes Mariam virginem de semine Ioseph, cui desponsata erat, non de Spiritu[6] concepisse ac generasse[7], adicientes iuxta Graecorum impiissimam haeresim omnimodis impossibile fore virginem contra naturam parere posse. Cumque diutius apud romanam urbem[8] haec altercatio haberetur et iam christiani ferventissimo catholicae fidei zelo profanos Iudaeos, ni[9] ocius[5] recipiscerent et ad baptismi gratiam convolarent,[10] propellere vellent, erat enim[11] quidam eiusdem romanae urbis civis caecus natus, sed tamen christianis litteris adprime imbutus. Frequentabat enim non solum Latinorum, verum etiam Graecorum scholas et quaecunque ibi intellegere potuit, altae commendabat[12] memoriae. Is namque quadam die eodem christianitatis fervore succensus, verbo veritatis conflicturus, aggressus est Iudaeos, et tanta illos constantia redarguit, ut paene omnes invenirentur[13], ut falsos testes decuit, elingues. Ad ultimum vero Iudaei ad probra et convicia conversi stomachando valde coeperunt improperare ei, dicentes: *Tu cum sis homo peccator et in peccatis totus natus, quomodo ausus es fidem christianorum absque litteris defendere et nos ad pugnam lacessere? Nonne liquido patet Chistum tuum adeo impotem*[14] *exsistere, ut non possit etiam*[15] *lumina reformare?* Ad haec caecus: *Exspectate*, inquit, *triduo, et videbitis in me magnalia*[16] *Dei mei*[17]. Erat autem ante triduum venerandae sollemnitatis[18] purificationis sanctae Mariae, quam graeci Ypapanti[19] vocant, quae est IIII nonas februarii, et necesse erat ut eadem sacra[20] die[5] sancta festivitas apud prae-

[1] *om. M.* — [2] virginis *add. M.R;* (S. in p. s. M.) De caeco illuminato *A.* — [3] (Purificatio-templo) *om. R.* — [4] vocatur *R.* — [5] *om. R.* — [6] sancto *add. M.L;* sancto Christum *add. R.* — [7] genasse L. — [8] (r. u.) u. Romam *R.* — [9] ut *M sup. ras.* — [10] ex urbe *add. R.* — [11] *om. R; paene erasum in M.* — [12] commendavit *R.* — [13] (i. ut f. t. d. e.) i. falsi testes et docuit e. *R.* — [14] impotentem *M.R.* — [15] tibi *add. R.* — [16] Christi *add. R.* — [17] nostri *L.* — [18] (v. s.) veneranda sollempnitas *R.* — [19] Hypapante *R.* — [20] sacro *H.L.A.M; om. R.*

fatam ecclesiam Sanctae Mariae ab omni clero romano eodem anno celebrari debuisset, quae tantum[21] annis singulis apud Sanctam Mariam Maiorem[22] fit. Quo audito, Iudaei indigne tulerunt et subridendo[23] dixerunt: *Certe Christus tuus, quem patres nostri crucifixerunt, non potest tibi oculos reddere, quia nec seipsum[24] potuit de periculo mortis[25] liberare. Attamen, si in praesentia nostri illuminabit te, pro certo omnes nos credere habebimus in illum, et tunc liquido constabit[26] quod[27] ipse sit verus filius Dei, et non sit alius salvator mundi. Eo autem pacto hoc affirmare[28] placet, ut, si quis in Christum non crediderit hoc viso miraculo[29], omnium rerum suarum proscriptionem patiatur et iniuriis maximis[30], utpote maiestatis reus, de[31] urbe eiciatur.* His dictis, discesserunt Iudaei unusquisque in sua remeans. Caecus vero clanculo se perduci fecit ad domnum apostolicum sanctum[25] Bonifatium, et indicavit ei pactum et condicionem Iudaeorum super fidem christianorum. Quibus papa auditis, plus solito laetus efficitur atque sub eodem momento omnibus mandavit Iudaeis, quatinus[32] sine dubio praefatae sollemnitati generaliter occurrerent. Advenit autem illa festivitas magna totusque Romanorum clerus apud praefatam ecclesiam ex more pervigiles celebraturus excubias congregatus est[25], simulque Iudaeorum coturnus[33] non modicus habebatur intermixtus[34]. Ductus est et[25] caecus ille in medium, plenus fide et spiritu sapientiae, nihil haesitans de propositis. Cumque ab omnibus fidelibus ibidem[35] nocturni cantarentur[36] hymni, et iam octava lectio[37] recitata fuisset, caecus se ante altare matris Domini perduci rogavit, ibique baculo sustentatus canere coepit quoddam responsorium, quod[38] ante biduum[39], quia[40] musicae artis gnarus fuit, composuit[41]; in quo tam vivaciter Iudaeorum errorem confutavit, ut sub oculis omnium qui aderant, completo[42] versu eiusdem responsorii, vera lux, quae est Christus[43], genitricis suae interventu, cuius virginitatis integritas[44] eodem cantu[45] defensa[46] erat, lumen ei oculorum clarissimum redderet[47], qui eius mentem primitus fide catholica illumi-

— [21] tantummodo *A.L;* tamen *R.* — [22] maior *L.* — [23] subridentes *R.* — [24] ipsum *M;* semetipsum *R.* — [25] *om. R.* — [26] apparebit *R.* — [27] quia *L.R;* quae *M ante corr.;* qu *M post corr.* — [28] confirmare *R.* — [29] (h. v. m.) *om. R.* — [30] permaximis *R.* — [31] ab *R.* — [32] ut *R.* — [33] coetus *R; erasum in M.* — [34] immixtus *R.* — [35] ibi *R.* — [36] canerentur *R.* — [37] pene *add. R.* — [38] ipsemet *add. R.* — [39] triduum *A.* — [40] ipse *add. R.* — [41] *Sequitur in R:* Responsorium. " Gaude, Maria virgo; cunctas „ haereses sola interemisti, quae archangeli dictis credidisti, dum virgo Deum et „ hominem genuisti, et post partum inviolata permansisti „. Versus. " Gabrielem „ archangelum credimus divinitus te esse affatum; uterum tuum de Spiritu sancto „ credimus impregnatum. Erubescat Iudaeus infelix, qui dicit Christum de Ioseph „ semine esse natum „. — [42] completa *A.* — [43] Christe *R.* — [44] in *add. M.* — [45] idonee *add. R.* — [46] defensata *M.* — [47] reddiderit *R.*

navit. Quo viso cunctis[48] miraculo, ab omnibus christianis ilico *Gloria in excelsis Deo*[49] canitur[50], et exsultatio spiritalis[51] habetur. Iudaei quoque ad quingentos viros statim ad baptismi gratiam convolarunt[52]. Reliqui fuga lapsi in urbe romana ulterius[49] visi non sunt. Unde[53] placuit sanctae romanae ecclesiae ut idem responsorium in[54] eadem festivitate octavum locum tenere perpetualiter debuisset, quatinus hoc memorabile miraculum[55] fidelium cordibus omni tempore ad laudem Christi semper ferventius inhaerere potuisset. Amen[49].

— [48] *om. M.* — [49] *om. R.* — [50] cantatur *R.* — [51] specialis *R.* — [52] convolarent *H;* convolaverunt *R.* — [53] Inde *R.* — [54] (in-debuisset) in eadem festivitatis octava perp. obtinere deb. *R.* — [55] omnium *add. R.*

VII. MIRACULA S. HERCULIANI

Cf. supra, p. 49.

XII. ......Sed dum mulier sanguinem evomebat angustiando, serpentem fugientem videre expavescens, digito astantibus ostendebat. Sed astantibus circumspicientibus et, quasi ad pedes serpentem haberent, fugientibus, non id, quod mulier se putabat et dicebat vidisse, videbant. Tandem scientes daemonem fugisse atque feminam liberatam a daemonio[1] esse, rettulerunt Deo grates[2], qui pro sancto Herculiano tot faciebat virtutes et tales. Alias quoque daemoniacas sanctus Herculianus liberavit, quae similiter dicerent se serpentem videre, dum malignus[3] abscedens faciebat eiusmodi fantasma apparere. Multa etiam alia expulit virtus sancti Herculiani daemonia in itinere, antequam venirent ad sua oracula, et dixerunt mihi quidam in uno anno ab eo fuisse expulsa daemonia plus quam triginta.

XIII. Alium quoque isto parum maioris aetatis[1] puerum vidi cum scabellis vix incedentem; qui cum aliquantum in loco, ubi sanctus Herculianus veneratur[2], fuisset moratus, coepit ita restitui sanitati, quod ipse qui contractus adductus fuerat, rectus per se cum adiuvamine baculi ad Mantingnanam villam, unde venerat, redigit[3]. O sancte Herculiane, tuae virtutes ita sunt frequentes et usitatae, quod illi, qui[4] vident, iam non mirantur, non obstupescunt, ut debent facere. Non tamen minus sunt[5] miranda ea quae facis, quemadmodum solem oriri, tonitrua, fulgura, coruscationes aeris, nivem, glaciem et similia fieri valde sunt miranda solique Deo possibilia. Sed

XII. — [1] demone *L.* — [2] gratias *L.* — [3] malignis *L;* spiritus *add. A.*
XIII. — [1] *add. sup. lin. in H.* — [2] venerate *codd.* — [3] *sic A. H ante corr.;* rediit *H post corr., L.* — [4] *om. A.* — [5] est *A.*

quia sunt usitata, non miramur, cum videmus fieri talia. Sed si viderimus candelam vel faculam accendi sub aqua, quod solet fieri in quodam fonte, qui est ultra mare, ut dicit Augustinus in libro *de Civitate Dei* (1), vel si videremus magnatem lapidem ferrum rapere et ferrum iacere et pendere per se sine ligatura et sustentamine, ut legimus ferream statuam in quodam loco fuisse, haec talia viderentur nobis magna mirabilia, quia non sunt usitata, ut alia quae non sunt minus miranda. Nos tamen adhuc mira facta sancti Herculiani, quae scimus, scribamus, nec tacendo ingrati exsistamus.

XIV. Mulier quaedam de loco sancto Cypri[1] pluribus intenta et negotiosa, utpote quae habebat filios atque regebat familiam sola[2], noluit in festivitate sancti Herculiani ire ad corpus eius vel manere otiosa; sed dimissis ferialibus operibus, quasi esset licitum[3] et festivum opus, incidit atque suit camisias duobus filiis. Quibus pueri induti sensum perdiderunt et locutionem; nec loquebantur, licet facerent voces, sed frendendo et murmurando huc et illuc[4] movebant caput, ante et retro se moventes et in circuitu se rotantes insanire videbantur, nec sedere nec iacere valentes. Mater vero videns filiolos ita dementes agitari, quid hoc esset, coepit mirari et de insania eorum pernimium tristari. Quos interrogavit quid haberent, aut quomodo contigisset; sed nihil audivit eos nisi: *hi hi ha ha* proferentes. Dixit mater: *O misera ego, filii, multo labore educavi vos et nutrivi.* Dum mulier pro filiis ita querebatur, quidam de vicinis advenerunt et dederunt tale consilium: *Forsitan quia non fuisti in die sancti Herculiani, contigit eis hoc malum. Ducito eos ad corpus eius[5], ubi pro te et pro eis facias orationem et votum.* Quae secundum consilium ad sanctum Herculianum duxit filios; facto voto cum oratione, pueri reversi sunt ad priorem sensum, atque appensis camisiis[6] in atrio ecclesiae, reversa est domum mater gaudens cum sanis filiis suis, gratias agens Deo, cui laus et honor atque imperium sit per infinita saecula saeculorum. Amen.

XIV. — [1] Cypriani *A.* — [2] solam *codd.* — [3] (c. l.) l. e. *A.* — [4] (et i.) illucque *L.* — [5] (c. e.) e. c. *L.* — [6] camisii *L.*

(1) Lib. XXI, cap. 7.

VIII. DE B. HERLUCA

Qui Vitam S. Itae retractavit (1), post caput illud, in quo legimus sanctam virginem una vice tres mortuos suscitasse (2), brevem narrationem de S. Herluca inseruit, quam in Vita Herlucae, a Paulo Bernriedensi conscripta, minime est reperire (3); neque id mirum est, cum hic Pauli libellus vel numquam perfectus sit (4), vel certe non integer ad nos pervenerit.

Auctor narrationis, ut qui rem *nostris temporibus* gestam esse testetur, haud diu post mortem Herlucae († cca 1127) scribebat.

Simile quiddam nostris temporibus gestum est in Bavaria cum beata virgine Herluca. Nam in extremo iacens agone quidam religiosus monachus, nomine Weringarius, dilecti sacerdotis nostri Gebhardi (5) consanguineus, maximam habens fiduciam in scuto sanctitatis ipsius, contra morem obtinuit, ut femineus in ea sexus dissimularetur et ad se intra saepta monasterii malignis spiritibus opponenda introduceretur. Quae nimirum verae sanctitatis oppositio nequaquam fefellit credentem, dicente veritate : *Omnia possibilia sunt credenti* (6). Ex hac possibilitate sequitur stupenda virtus Christi in infirmitate perfecta sexus feminei. Nam quod tota ecclesia tripartitis vicibus gestum praedicat in beato Martino (7), hoc sancta Trinitas in beata Ita vice gessit unica.

IX. DE S. RUONANO EPISCOPO

Cf. supra, p. 50.

Dolemus id, quod alias factum esse diximus (8), in S. Ruonano etiam accidisse, ut ipsius Vita in Legendarium austriacum integra non reciperetur. Deest nempe altera eius pars, neque de ultimis annis nec de morte sancti viri quicquam edocemur. Quae supersunt, ea satis utique sunt ut inter bene multos sanctos Ronanos, qui in martyrologiis recensentur, quisnam noster ille sit, certo statuamus. Quoniam

(1) Vid. supra, p. 50. — (2) Cf. *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 1064, num. 12. — (3) Ibid., t. II, p. 552-57. — (4) Cf. Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen*, t. II^{6}, p. 388. — (5) Quaeri potest utrum ille sit Gebehardus canonicus, Pauli Bernriedensis alumnus, qui cum alibi, tum etiam ter in Vita Herlucae nominatur (*Act. SS.*, l. c., prol., num. 37, num. 43). — (6) *Marc.*, IX, 22. — (7) Cf. Sulp. Sev. *Vita Martini*, cap. 7, 8; eiusdem *Dial.* II, cap. 2, 4. Etiam hodie in Breviario romano laudatur Martinus, ut qui *in virtute Trinitatis deificae meritus sit fieri trium mortuorum suscitator*. — (8) P. 26-27.

vero illius gesta ad d. 18 novembris in proximo quodam tomo *Actorum* nostrorum sunt enarranda, ratum ducimus uberiorem disquisitionem in hoc tempus reservare et ea dumtaxat hic ex aliis fontibus delibare, quae ad illustrandum textum, qui iam sequitur, sufficiant.

In martyrologiis seu kalendariis hibernicis plerisque comparet Ronanus noster, filius Berachi, et quidem ubique ad d. 18 novembris. Ita 1) in martyrologio Oengussi (1): *praeclarum festum regii Ronani, filii virginalis Berachi;* quibus addita est in codice, qui " Lebar Brecc ", dicitur, haec nota (2): *Ronanus filius Berachi, filii Crimthann, filii Erc-loga...; hic est in Druim Enesclainne in Conailli Murthemni.*

2) In martyrologio Mariani O'Gorman (3): *Ronanus filius alacer Berachi,* addita nota: *ex Druim Inesclainn in Conailli Muirthemni.*

3) In martyrologio Dungallensi (4): *Ronanus filius Berachi ex Druim-Ineasclainn in Conaille Muirtheimhne, in Uladh...*

4) In martyrologio quod Richardi Whytford dicitur (5), inter additiones ad d. 18 novembris (6), commemorantur prodigia quaedam, quae cap. 1 Vitae narrata sunt: *In Yrelond the feest of saynt Roman* (7) *a bysshop, that dyd myracles in his moders wombe, and after in his lyf many moo, and was of hygh perfeccyon.*

Quaedam etiam de S. Ronano leguntur in Vita hibernica S. Fechini, cap. 29 et 36 (8); ex quibus ea quae etiam in Vita nostra narrata sunt, in nota ad cap. 5 infra exscribemus (9).

Vita functus est Ronanus anno 664, magna illa abreptus " mortalitate " qua *episcopi abbatesque regesque innumerabiles* perierunt (10).

Haec iam typis mandata erant, cum animadvertimus eandem Ruonani Vitam in codice 51 monasterii Runensis in Stiria, fol. 24-28v contineri, saec. XII exscriptam (11). Litteris igitur adivimus R. P. D. Antonium Weis, bibliothecarium Runensem, non semel antea de opere nostro bene meritum. Qui cum perhumaniter, ut solet, codicem Runensem (= R) cum plagulis nostris contulisset, effecit quidem ut nonnullis locis textus noster emendaretur, alicubi etiam quaedam verba, quae in ceteris codicibus omissa erant, feliciter supplerentur; verum quoniam exemplar etiam Runense integram Vitam non exhibet atque in iisdem verbis desinit, in quibus codices austriaci, fieri non potuit, ut, quod speraveramus, totam Ruonani historiam tandem nancisceremur.

(1) Ed. Whitley Stokes (1880), p. clxiv-lv. — (2) *Ibid.*, p. clxix. — (3) Ed. Whitley Stokes (1895), p. 220-21. — (4) Ed. Todd and Reeves (1864), p. 312-13. — (5) Cf. *Anal. Boll.*, t. XIII, p. 171. — (6) Ed. Procter and Dewick (1893), p. 180. — (7) *Sic.* — (8) *Act. SS. Hiberniae*, t. I, pp. 136 et 137. — (9) De quodam Ronano Finn, filio Berachi, nonnulla tradita sunt in narratione hibernica de convivio in Dun na n-Gedh et pugna in Magh Rath (J. O'Donovan, *The Banquet of Dun na n-Gedh*, etc. Dublin, 1842, pp. 41, 233); quae utrum ad nostrum Ronanum pertineant, alias inquiri poterit. — (10) Annales Tigernachi, ad an. 664, ed. Withley Stokes, in *Revue Celtique*, t. XVII, p. 199. Cf. Annales Quattuor Magistrorum, ed. J. O'Donovan, t. I, p. 277. — (11) Cf. *Xenia Bernardina*, pars I, t. II, p. 35.

Vita sancti[1] Rûnani[2] confessoris.

1. Est sita in occiduis partibus insula nomine Hibernia, inter quam et occasum solis nulla alia habitatio invenitur. Quae est tam pulchra atque fructifera, ut in tempore messis eam coaequasses paradisi fertilitati[1]. Habitatores vero illius, quantum ab aliis nationibus distant per locorum spatia, tantum etiam ritu atque habitu. Qui a beato Patricio archiepiscopo baptizati[2], in fide Christi ita sunt firmati, ut nulla alia gens possit inveniri in Dei cultura[3] constantior. Ex eis enim fuit tanta multitudo sanctorum, quorum numerum sola Dei scientia novit. De quorum collegio fuit vir[4] vitae venerabilis, nomine Runanus[5], qui secundum quidem saeculi dignitatem nobilibus parentibus ortus est, nobilioribus autem secundum fidei claritatem[6]. Pater enim illius Berachus, filius Critani (1) de Chonilibus (2), mater vero nomine Chainecha[7] de Dalaride[8] (3). Iste Rûnanus[9] in utero adhuc matris Spiritu sancto repletus est secundum similitudinem Iohannis Baptistae, de quo[10] dicitur: *Exsultavit infans in utero eius,* et secundum similitudinem Ieremiae prophetae, de quo Dominus dicit[11]: *Priusquam te formarem in utero, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi te.* Sanctificavit et istum, antequam de vulva exiret. Berachus enim pater ipsius[12], quando uxor eius infantulum conceperat, tunc temporis in sua villa, quae dicitur Rossinse[13], habitavit, quae est iuxta civitatem Rossave. Mater vero Rûnani, quia religiosa erat, ad crucem in platea positam, quando signa a praedicta civitate audiebat, ad precandum[14] Dominum pergebat. Hoc autem tota nocte faciebat. Et si quando ad domum voluit reverti, sanctus infans in utero inclusus eam non permittebat intrare, donec secundum ordinem canonicorum missam audiret. Bene autem in utero amavit, quod per revelationem Dei agnovit semetipsum postea implere. Mater vero ovans ad domum revertens, paululum requiescebat.

2. Cum vero tempus praegnantis venisset, ut pareret, peperit filium et cum omni diligentia eum nutrivit. Et cum quadam die in iti-

[1] *om. H. L.* — [2] Ronani *H;* episcopi et *add. H.L.*

1. — [1] fertilitate *H.L.* — [2] baptizato *A.* — [3] cultu *R.* — [4] *om. H.L.R.* — [5] Ronanus *R ante corr.;* Ronanus *R corr.* — [6] karitatem *H.L.A.* — [7] Chaniecha *H.L.A.* — [8] Dalaridie *H ante corr.;* Dalaricie *H post corr., L.* — [9] Ronanus *R et ita porro.* — [10] qua *A.* — [11] (D. d.) d. D. *A.* — [12] illius *A.R.* — [13] Roffinse *A.* — [14] predicandum *H.L.*

(1) *Crimthann* seu *Cremthann.* Vid. supra locum ex Oengussio exscriptum. — (2) *Conailli Murthemni.* Vid. supra Oengussium, O'Gorman, etc. Est haec pars comitatus Louth, in provincia Lageniae *(Leinster).* — (3) *Dál Araide,* regio in provincia Ultoniae *(Ulster)* ad orientem.

nere ambulabat, postquam sex completi sunt menses, et sanctum puerum in umero portabat, accidit ut portatrix quasdam ruborum moras matutinis gustavit horis. Sanctus vero infans, ut ferunt, necdum[1] tempus habens loquendi, sobrio sermone eam increpavit congruam praevenisse horam. Alio quoque tempore idem sanctus puer missus a patre cacabum portans ad civitatem, cuius postea, Deo donante, principatum tenuit, pauperibus vero in via poscentibus, cacabum confregit, aequaliter unicuique partem distribuens. Praepositus autem ecclesiae atque pater pueri saevis increpantes eum verbis, ipse e contrario mitissimis respondens sermocinationibus[2], tale fuisse confitetur vas in ecclesiae therma, a qua prius fuerat portatum. Quod ita factum est, ut sanctus puer praedixit. Nam in eodem loco et in eodem habitu repertum est praedictum vas aeneum. Deinde[3] eruditus est litteris divinis et iuxta praeceptum Domini in ecclesia omnia pie et fideliter agens, senioribus se humiliter subdens atque cum[4] cunctis docte proficiens, et quanto proficiebat, tanto se humiliabat, et sic omnia Dei mandata complevit. Alio quoque tempore humiliter in ecclesia ministrans, modium grani ad molendinum portavit[5], et cum opportune invenisset molendinum[5], granum molae commisit. Mola[6] ergo granum suscipiens suum opus perficiebat, ipso interim dormiente. O magnum miraculum. Mola, perfecto opere, cessavit, venis non clausis valida aquae fluenta fluxere. Tunc equonomus[7] incassum videns aquam fluxisse et molam ab opere cessantem, irruens venas clausit, severoque sermone allocutus est sanctum. Electus autem Dei minister, ut fertur[8], breve tempus equonomo[9] promisit[10], ac genus illius in ordinem[11] suae praepositurae usque ad diem iudicii affuturum non esse. Quod rei eventus probavit[12].

3. Beatus ille Rūnanus magistri[1], immo domini sui, imitans exemplum humilitatis et huius saeculi honorem postponens, abbati se subdidit et absque eius imperio nihil agebat. Et quia civitas super montem posita non potest abscondi, quamvis ille volebat ab hominibus esse remotus, tamen clarescentibus eius meritis ad sedem pontificalem electus est. Qui cum rexisset ecclesiam, quae vocatur Druim (1), multa beneficia a Deo impetravit. Quodam enim tempore, quo post acceptum ecclesiae principatum cum sua familia in quandam pergens

2. — [1] nondum *L.* — [2] sermonibus *H.L.A.* — [3] demum *L.A.* — [4] *om. A.B.* — [5] (portavit-molendinum) *om. H.L.A.* — [6] perfecto *add. H.L.* — [7] *ita H.L.A*; equonimus *B.* — [8] ferunt *R.* — [9] aequonimo *R.* — [10] permisit *H.L.* — [11] ordine *A.* — [12] (e. p.) p. e. *A.*

3. — [1] magister *H.*

(1) *Druim Inesclainn* (vid. supra Oengussium, etc.), hodie *Druminisklin* vel *Drumiskin*, in comitatu Louth.

silvam ad concidenda[2] propter utilitatem monasterii ligna, fatigatis operatoribus ingenti labore, fusis sudoris per latera guttis[3], ampla laesit viscera sitis. Tunc in Domino confidens, contiguum in nomine Christi lignum benedixit. Verum Deus mirabilis in sanctis suis, vere Dominus prope est omnibus invocantibus eum in veritate; nomen Domini invocans, vastum in vas rapida eruperunt liquora[4], secundum similitudinem Moysi lapidem[5] percutientis; et sicut scriptum est: *Eduxit aquam de petra et eduxit tanquam flumina aquas*, sic istic lassa populi refecerunt viscera siti rapida liquora[4].

4. Alio quoque tempore[1] cum in dextrali campo iter faciens, ad domum cuiusdam nobilis viri nomine Dubglinni[2] pervenit, qui tunc temporis domino suo regi Uladorum[3] (1) convivium praeparabat. Et cum sanctos ad se declinasse vidisset, cum gaudio suscipiens, quod regi terreno praeparavit, caelestis regis famulis ministravit. Videns autem [4] Rûnanus illius viri humilitatem et praevidens ne inde aliquid a rege passurus esset, in nomine Domini vasa benedixit atque, adiuvante Christo, repleta sunt sicut ante[5] fuerunt. Itaque rex adveniens et assignatam sibi praeparationem videns esse integram nec dempto prandio, sed nutu Dei redintegrata quae religiosi comederunt hospites, stupida mente videns quemadmodum in vasis liquor cresceret summumque sacerdotem intellegens edere et bibere ac benedicere epulam, indignum se arbitratus est eam suscipere, sed summo sacerdoti prandium cum suo procuratore benigne obtulit.

5. Alio quoque tempore quidam procurator alicuius regis, nomine Fergus, filius Edani[1], per vim raptus ab exercitu filii Edoslane, in quadam insula compedibus constrictus est. Inde mater eius heiulans ad virum Dei[2] Rûnanum perrexit, postulans et deprecans eum, ut regem pro filio suo deprecaretur. Sanctus Dei misericordia[3] motus commilitones suos, sanctum videlicet Ultanum et Conchobur[4], filium Nessan, aliosque sanctos congregavit, ut regem adirent pro filio illius matronae. Quid multa? Ad fretum pervenientes, navim non invenientes, siccis pedibus super mare ambulaverunt ad insulam, in qua vinctus tenebatur. Portae etiam seris ferreis firmatae erant; sed nutu Dei apertae sunt ante sanctos, nec non et vincti[5] absoluta sunt vincula, et sic venit ad clerum. Rex autem[6] crudelis usque nunc, videns

— [2] concidendam *A.* — [3] cutis *H.L.* — [4] *ita etiam H et L man. pr.;* equora *H et L post corr.* — [5] lapide *R.*

4. — [1] *om. H.A.* — [2] Dubglumni *H.L.* — [3] Valdorum *H.L.* — [4] sanctus *add. R.* — [5] antea *R.*

5. — [1] Edam *codd.* — [2] *om. H.L.* — [3] (D. m.) m. D. *H.L.* — [4] Chobur *H.L.* — [5] vinctis *H.L.* — [6] vero *R.*

(1) *Ulaid*, Ultonia (*Ulster*).

miracula, perterritus est et sponte dimisit sancto Růnano[7] ceterisque sanctis quae poscebant. Venerabilis vero Ultanus hanc propheticam sententiam protulit, quod manus externorum hostium Hiberniam non occuparet, quamdiu miles Domini Růnanus in hac praesenti vita vixisset (1). Quod ita completum est.

6. Hic idem Růnanus quibusdam diebus quaedam suae parrochiae perrexit visitare loca. Quo ingresso utiliter ad Fechianum venit visitandi causa. Quem sanctus Fechianus intuens spiritalibus oculis, priusquam convenissent[1] in unum, dixit: *Hic est qui frequenter coram me penetrat ad Deum in caelum.* Et in adventu sancti hospitis gaudens corporis gressu in obviam venit usque ad portas ecclesiae amplexuque mutuo genua flexere, et quadam incaute inclinati[2] capitis laesione sanguinis ex Růnani fronte gutta in terram fluxit. Quae, Deo iuvante, benignam praebuit medicinam doloris renum sancti Fechiani[3]. Sanctus Fechianus[4] de refectione hospitum sollicitus, suum cellerarium interrogabat, si haberet unde reficerentur hospites. Ille vero inopiam, quam habebat, humiliter excusavit. Vere pius Dominus, vere misericors, ut Paulo et Antonio Deum timentibus escam dedit, ita et his duobus religiosis alimoniae abundantiam misericorditer tribuit. Dein[5] a sancto Fechiano[6] de hac copia a Deo missa multi hospites et pauperes recreati sunt. Fertur[7] autem hanc copiam non minuere, donec, Deo adiuvante, illa inopia ab omnibus discederet. Ante autem[8] diem egressionis Růnani a sancto Fechiano[9] iussit cellerario ut varia vasa[10] in unum congregaret. Qui[11] ita fecit. Quae summus pontifex Růnanus in Deo benedixit, et larga abundantia in varios usus repleta sunt.

7. Item alio tempore triginta vaccas cum tauro ad sanctum Fechianum[1] misit; sed ille eas renuens easque benedicens, retro imperavit eis reverti ad easdem pascuas[2], a quibus ante perrexerant. Vaccae autem sine mora sancto oboedientes remeaverunt. Sanctus vero Růnanus easdem vaccas iterum remisit et eis[3] imperavit in nomine Domini[4] numquam ad se redire. Quod, Deo annuente, pecora imple-

— [7] Ro̊nano *R.*

6. — [1] convenisset *H.A.* — [2] inclinanti *R.* — [3] Felchiani *H.L.* — [4] Felchianus *H.* — [5] Deinde *A.H.* — [6] Felchiano *H.L.* — [7] Ferunt *R.* — [8] *om.* *H.L.* — [9] Felchiano *L.* — [10] (var. vasa) vasa var. *A.* — [8] quod *A.*

7. — [1] Felchianum *H.L.* — [2] *ita et H ante corr.*; eadem pascua *H post corr.*, *L.* — [3] *om.* *H.L.* — [4] Christi *R.*

(1) Paulo aliter narrata sunt haec in Vita hibernica S. Fechini, cap. 29 (Colgan, *Acta*, t. I, p. 136): *Cum... pestilentia et fames imminere metuerentur, convenerunt in monasterio Fovariensi tres sancti seniores Fechinus, Ultanus et Ronanus filius Barachi... Et petiit S. Ronanus quod, dum ipse viveret, nullis subiceretur patria exterorum vel hostium incursibus aut infestationibus.*

verunt; nam[5] stabiliter contra praeceptum Fechiani[6], ipso admirante, steterunt. Item cuiusdam laici timentis suos inimicos sibi appropinquantes[7] continuo benedixit caput, et statim versus est in clericum, et sic liberatus est de manu quaerentium eum interficere.

8. In quadam provincia sancto Rûnano[1] propinqua[2] quidam rex nomine Dichuil[3], filius Huiusseni[4], hic callide volebat sanctum Rûnanum fallere, et misit eum ad dextrales[5] campanes ad filios Adedoslane atque interim coepit aedificare sibi insulam, cui nomen est[6] Lochreum[7]. Tantam autem multitudinem congregavit tam hominum quam iumentorum, ut hoc opus, absente Rûnano, potuisset implere. Quod ita factum est; una die totum opus complevit. Deinde sanctus Rûnanus revertens per illam viam volebat ad suos remeare. Auriga vero illius a longe aspiciens, vidit praedictam insulam constructam. Rûnanus autem praecepit illi ad vesperam[8] declinare, et sic ad suam civitatem veniens, tota illa rebellis dimersa est cum suis constructuris insula, hominibus tamen[9] liberatis, quia non vult Deus mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Rex vero paenitentia ductus, semet cum omni domo sua sancto Rûnano in sempiternum obtulit. Alio[10] tempore praedictus rex Dichuil[11] gravi iugo suas gravavit plebes. Populus ergo volens illum occidere persequebatur eum fugientem, usque dum veniret ad sanctum Rûnanum in sua civitate manentem. Sanctus vero Rûnanus rogans populum pro eo, et non impetrata pace, fecit signaculum crucis in[12] fronte eius, et statim factus est quasi unus canonicorum, et sic coram omnibus ad praedictos filios Aedoslane[13] cum sancto episcopo[14] perrexit.

9. Item alio die sanctus Rûnanus perrexit ad monasterium, quod dicitur Ardslane (1), volens illius abbatem visitare. Qui abbas gaudens cum magno honore suscepit illum[1]. Et cum loquerentur ad invicem de regno Dei, sanctus Rûnanus volebat redire; sed non permisit eum abbas. Abbas autem Dichua volens hospites reficere, sciscitavit suum cellerarium, ut sciret quid haberet. Ille autem confessus est quod dolium plenum de butyro haberet. Quod abbas sancto Rûnano praesentari iussit[2]; sanctus vero Rûnanus dolium benedixit, butyrum crescit, et quantum de eo populis dabatur, tantum[3] in dolio crescebat. Fertur autem quod hoc per multum tempus multis prodesset[4], nisi[5]

— [5] *om* *H.L.A.* — [6] Felchiani *H.L.* — [7] et *add.* *A.*

8. — [1] Rǒnano *R.* — [2] propinquante *A.* — [3] Dichiul *R.* — [4] *Ita R;* huius Seni (Senis *L*) *H.L.A.* — [5] dextra *H.L;* dextram *A.* — [6] *om.* *H.L.* — [7] Loochceum *H.L.* — [8] pesam *R.* — [9] tantum *R.* — [10] itidem *add.* *R.* — [11] Tichwil *R.* — [12] *om.* *R.* — [13] Edoslane *H.L.A.* — [14] Ronano *R.*

9. — [1] *om* *H.L.A.* — [2] precepit *R.* — [3] tam̃ *H;* tamen *L.* — [4] *om.* *A.* — [5] ni *H.L.A.*

(1) *Ard Slaine*, iam *Slane* in comitatu Meath (?).

unus incaute interrogasset. Iterum cum vir sanctus in sua civitate maneret[6], leprosi ad eum venerunt, postulantes ab eo elemosynam. Qui statim, ut fuit[7] misericors, absente praeposito, ingressus est cellarium et inde lardam[8] accipiens pauperibus largiter distribuit. Deinde venit praepositus, et sibi displicuit quod ad episcopii necessitatem haberet pauperibus erogari. Episcopus vero humiliter eum alloquens, praecepit ei intrare et videre[9] ubi prius fuerat larda constituta. Qui ingressus, vidit totam integre lardam in eodem loco constitutam. Tunc corruit ante pedes episcopi et paenitentiam egit.

(*Cetera desunt.*)

— [6] remaneret *H.L.* — [7] (ut f.) *om. H.L.* — [8] *ita et H ante corr.;* lardum *H post corr., L.* — [9] videri *H.L.A.*

X. DE S. GERTRUDE

Cf. supra, p. 51.

Igitur venerabilis virgo Gerdrudis nobilissimo, ut tradunt historiae, Francorum rege Pippino exorta est, matre quoque nobilissima atque prudentissima nomine Hitta; quae quondam, ut fertur, dum eiusdem sanctae virginis impraegnata esset, in romano itinere, quo sanctorum apostolorum limina visitaverat, peregrinum quendam obvium habuisse perhibetur. Qui praesciens innatae virginis miram sanctitatem, reginam cum fletu salutavit, regem vero salutare contempsit. Qui statim a rege interrogatus, cur hoc fecisset, respondit: *Nec te nec reginam, sed quam in utero habet virginem Deo consecratam salutavi.* Ipsa ergo virgo Dei sancta Gerdrudis etiam in utero matris Deo dicata, cum esset nata et ablactata, divinitus inspirata carnales cibos fastidire et paulatim ad secreta ieiunia propensius puella tenella coepit accrescere.

XI. CARMEN DE VITA S. BENEDICTI

Cf. supra, p. 51.

Numeris in margine positis remittimus ad Gregorii Magni libellum, uti est in capitula divisus in *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 277 sqq.

Prologus in Vitam S. Benedicti abbatis.

Greg. Magn. Haec sunt dilecti sacra gesta patris Benedicti.
1, 2, 3 Vas solidat; carnem superat frangitque venena;
4, 5 Nutans firmatur petra; pocula praebet amoena;

Falx ab aquis rediit; per aquas iussus puer ivit; 6, 7
Corvus oboedivit; saxum vis taetra [1] reliquit; 8, 9
Vanescunt ignes; puerum vir suscitat ingens; 10, 11
Praesumptae [2] fratres escae puduit; rubet hospes 12, 13
Propositum violans morem; regis [3] patuit fraus; 14, 15
Fata ligantur ei; te, clerice, praeripit hosti; 15, 16
Damna loci planxit; legati furta retexit; 17, 18
Clam data vel meditata refert; cibat esurientes; 19, 20; 21
Instruit in visu; ligat absolvitque sorores; 22, 23
Solvit defunctum panis; draco vindicat ausum; 24, 25
Regia sedatur pestis; debens relevatur; 26, 27
Servant saxa vitrum; fit vas pinguedine fetum; 28, 29
Hostem de monacho fugat; aufert vincla videndo; 30, 31
Vita redit puero; soror aethera movit amando; 32, 33
Virgo petit caelum; videt hic artum sibi mundum; 34, 35
Iura dedit monachis; praedixit tempora mortis, 36, 37
Speluncaeque suae requie dat opem furiosae. 38.

[1] *ita corr. saec. XIV in marg.; cod.* terra. — [2] presumpti *cod.* — [3] regitur *cod.*

XII. CARMEN DE VITA LEONIS IX PAPAE

Cf. supra, p. 56.

Contulimus etiam textum cum codice latino Monacensi 14870, olim Sancti Emmerammi o. 3 (= E), saec. XV; ex eo nempe carmen hoc edidit Höfler, l. c., qui tamen illud se ex codice Emm. C. 3, saec. XII. desumpsisse errore manifesto scribit.

Versus de vita Leonis papae [1].

Nonus papa Leo, procerum generosa propago,
Nobiliter natus, vultu [2] formaque beatus,
Ingenio claris [3] fuerat non [4] impar Athenis.
Hunc [5] placidi mores, hunc excoluere labores;
Ecclesiae cuncti timuerunt hunc inimici.
Nam sociae plebis custos fuit ipse fidelis.
Hinc placuit Christo, dum corpore vixit in isto,
Quem cum peccavit, purgando iustificavit,
Opposuit [6] sese populorum cladibus iste,

[1] *Lemma om. A.E. Höfl.* — [2] multum *Höfl.* — [3] clarus *M. Höfl.* — [4] nec *Höfl.* — [5] Huic *E. Höfl.* — [6] apposuit *A*.

Et percussuram divinam mitigat iram.
Visio caelestis hunc saepius irradiavit
Et desolatum spe[7] firmat ad omne futurum.
Caelitus exstinctos videt ipse suos inimicos
Et[8] tanquam sanctus Samuel luxit super illos.
Cultor iustitiae fuit eximius pater iste,
Compassus maestis, sibi pauper, dives egenis,
Mysterium fidei recolens in corpore Christi;
Cum missas celebrat, se per suspiria mactat,
Commoriens Christo contriti cordis in imo[9].
Mirificavit eum divina potentia rerum
Actibus ingenuis in cunctis finibus orbis.
Mentibus[10] ex hominum pius hic fugat omne nocivum[11];
Infirmos curat, paralytica[12] membra reformat.
Hunc[13] post sudores mundi variosque labores
Petrus ad excelsae vocat urbis moenia Romae,
Non[14] alibi pondus positurum corporis huius,
Et[15] secum caeli sit[16] compos in euge[17] perenni[18].
Romam[19] continuo proficiscitur a Benevento
Sic[20] ternis decimis mai Leo papa kalendis,
Efflans[21] ad caelos, venerandi corporis artus
Pignora romanis semper pretiosa reliquit.
Nam[22] solamen ibi cives simul et peregrini
Protinus[23] inveniunt, cum fida[24] mente requirunt.
Haec[25] modo sint stricte de miti[26] dicta[27] Leone.
Qui vero vitae seriem, quam gesserat ipse,
Expetit ad plenum, legat[28] hunc relegatque[29] libellum,
Et qualis fuerit, liquido sermone patebit,
Et cognosse[30] virum fovet intus amabile votum.
Huius[31] rimari virtutes ac imitari
Omnes discamus, dignetur[32] ut esse patronus.
Ante Deum noster Leo papa piissime semper[33]
Et confessor, ave generisque tui miserere. — Amen.

— [7] spes *M.* — [8] ut *A.* — [9] uno *Hōfl.* — [10] Dentibus *E. Hōfl.* — [11] nocivos *E.* — [12] paractica *E. Hōfl.* — [13] tunc *A*; nunc *E. Hōfl.* — [14] *ita E. Hōfl.*; nunc *A.H*; hunc *M.V.* — [15] ut *M.V.* — [16] *om. E. Hōfl.* — [17] aethre *H.* — [18] pereum *E. Hōfl.* — [19] Comam *A ante corr.*; //omam *A corr.* — [20] Hic *A*; nic *E ante corr.*; nec *E corr.*; nunc *Hōfl.* — [21] afflans *A*; efflanns *E*; efflavit *Hōfl.* — [22] Iam *A.E. Hōfl.* — [23] Mtinus *A.* — [24] fide *E. Hōfl.* — [25] nec *E. Hōfl.* — [26] nono (?) *Hōfl.* — [27] dictu *A.* — [28] legatur *E.* — [29] religatque *E*; religatumque *Hōfl.* — [30] cognosce *E. Hōfl.* — [31] Cuius *A. Hōfl.* — [32] dignet *Hōfl.* — [33] (p. s.) *ita et A in loco raso*; memento tuere *V in loco raso.*

XIII. PASSIO S. ZOTAE

Cf. supra, p. 57.

Zotam illum eundem esse, qui alias dictus est Ioathas martyr, patronus ecclesiae Bellunensis, certo agnoscet quisquis hanc Vitam cum epitome illa conferet, quam edidit Ferrarius (1) " ex lectionibus antiquis in festo eius ab ecclesia " Belunensi recitari consuetis ". Non tamen ex hac Vita comperimus, quod ignorabat Ferrarius, quo tempore aut quomodo reliquiae S. Ioathae translatae sint Bellunum.

Passio sancti[1] Zotae martyris XI[2] kal.[2] mai[2].

1. Temporibus Maximiani imperatoris orta est persecutio christianorum, ita ut, si quis Christum[1] coleret[2] vel confiteri inventus fuisset, diversis poenis puniretur. Residente autem quadam die Maximiano imperatore pro tribunali Romae, ait militibus suis : *Quis ex vobis cupit mare transire* (2), *Pentapolim*[3] *residere ad interficiendos eos, qui se christianos esse fatentur, et erit honoratior ceteris in regno meo*[4]*?* Dadius autem spatharius eius diabolo plenus dixit : *Ego vadam et vindicabo iniurias deorum nostrorum.* Cumque missus ab imperatore mare transisset, venit Pentapolim civitatem, quae dicitur Talineta, et quasi rabie plenus coepit christianos diversis tormentis cruciare.

2. Quadam vero die residente eo pro tribunali, praecepit sibi adduci beatissimum Zotam. Et quia ex magno genere erat, honorabiliter a militibus impiissimi iudicis ductus et praesentatus est in conspectu eius. Cumque omnes eum[1] diligentius intuerentur[2], ait ad eum Dadius[3] : *Tu es qui diceris*[4] *Zotas?* Beatissimus Zotas, facto signo crucis, respondit : *Ego sum*[5] *servus domini mei Iesu Christi.* Dadius ait : *Scio quia ex magno genere es; et video te hominem nobilem, pulchrum atque prudentem. Nolo te sicut ceteros laniari; tantum sacrifica diis, et faciam te esse inter primos amicos imperatoris.* Beatus Zotas respondit : *Ego nescio alium cui debeam sacrificare, nisi*[6] *ei soli, qui se obtulit*[7] *pro totius mundi salute immaculatum sacrificium Deo Patri, id est domino meo Iesu Christo, qui cum Patre regnat in aeter-*

[1] *om. H.* — [2] *om. A.*

1. — [1] Christo *A.V.* — [2] crederet *A.* — [3] et *add. A.* — [4] suo *M ante corr., V.*

2. — [1] (o. e.) e. o. *V.* — [2] invenirentur *V.* — [3] diadeus *V ante corr.;* diad *V corr.* — [4] dicerius *V.* — [5] *om. V.* — [6] ubi *A.* — [7] *om. A.V.*

(1) *Catalogus sanctorum Italiae* (1613), p. 299, ad d. 22 mai. Inde *Act. SS.*, ad eandem diem, Mai t. V, p. 142, num. 2. — (2) His excludi videtur dubium Henschenii nostri (*Act. SS.*, l. c. num. 3), qui subtimide coniectabat Pentapolim, in qua passus esset S. Zotas, italicam esse huius nominis regionem, non africanam.

num. Dadius dixit : *Et nescis magnos deos, quibus imperator noster servit, quorum nomina sunt Iovis, Minerva, Hercules et Apollo ?* Sanctus[8] Zotas respondit : *Istos, quos tu dicis esse deos, lapides sunt et aeramenta, qui sunt[9] sicut dicit propheta : " Os habent et non loquentur, oculos habent et non videbunt, aures habent et non audient, „ manus habent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt. „ Non est spiritus in ore ipsorum, similes illis fiant qui faciunt ea et „ omnes qui confidunt in eis „. Nam si imperator tuus vult verum Deum credere et tu simul[10] cum eo cupis ad agnitionem veritatis venire, credite in Deum Patrem omnipotentem, Deum Patrem et Filium et Spiritum sanctum[11]; baptizamini, sicut et ego, et eritis salvi credentes.*

3. His auditis, impiissimus Dadius statim in ira magna conversus, iussit os eius contundi, et fustibus atque lapidibus caesum coepit[1] eum ligatum in carcerem trudi, et praecepit artificibus suis ut pararent ferream rotam, quae sicut hamus lances bis acutos[2] haberet, ut sanctum[3] Zotam interficeret. Beatus autem Zotas in carcere die noctuque cum lacrimis Dominum deprecabatur, dicens : *Domine rex omnipotens, Deus deorum et domine[4] dominantium Iesu Christe, domine meus, adiuva omnes in te credentes, et me indignum servum tuum ne despicias neque derelinquas, quia propter tuum haec patior amorem. Obsecro, Domine, sicut fuisti adiutor martyri tuo Stephano, ut[5] inter lapidantium manus non te negavit[6], ita et me famulum tuum, redemptor meus, adiuvare digneris, ut in confessione sancti tui nominis perseverans, devicto diabolo, perveniam servus tuus ad vitam aeternam, te gubernante, qui cum Patre et sancto Spiritu vivis et regnas[7] Deus in saecula saeculorum. Amen.*

4. Cumque vir Dei Zotas in oratione persisteret, ministri ad ianuam carceris clamabant, dicentes : *Egrediatur Zotas citius ad interficiendum.* Et extrahentes eum de carcere, duxerunt ad locum, ubi erat rota parata. Astantes autem et occultantes se christiani ad spectaculum, unanimiter cum lacrimis Deum deprecantes[1], ut adiuvaret martyrem suum. Dadius vero ait ad virum Dei Zotam : *Iam tibi[2] non loquar multa; tantum sacrifica diis, ut possis vivere.* Beatus Zotas respondit : *Iam semel tibi dixi quales sint dii tui; quid[3] iterum vis audire? Similis tu illis fias et omnes qui colunt eos.* Tunc Dadius plenus diabolo iussit in eum[4] rotam figi et ligari[5] et tamdiu minari in giro, ut[6] omnis caro illius minutatim dirumperetur. Sanctus vero Dei Zotas dum torquere-

— [8] vero *add. M.* — [9] (q. s.) que *M.* — [10] similiter *A.* — [11] et *add. H.*

3. — [1] precepit *A.* — [2] acutas *H post corr.* — [3] Dei *add. A.* — [4] dominus *A.* — [5] qui *H post corr.* — [6] *ita et M ante corr.*; negaret *M corr.* — [7] vivit et regnat *V.*

4. — [1] deprecantur *H post corr.* — [2] *om. A.* — [3] quod *V.* — [4] (in e.) e. in *M.* — [5] ligare *A.H.V.* — [6] donec *H.*

tur, voce magna ait : *Domine Iesu Christe, suscipe animam meam*. Et statim emisit spiritum.

5. Impiissimus vero Dadius iussit colligi omnia ossa eius et proici nocte in occulto loco, ut non ea aliquis christianorum inveniret; et ita factum est. Erant autem ibi occultantes se, usque dum haec fierent, beatus Theodorus episcopus (1) et Eudochius diaconus vir sanctissimus, qui haec omnia per ordinem scripsit. Ignorantes autem ubi ossa martyris Christi inquirerent, iussit episcopus boves ad plaustrum ligari et nocte[1] desuper sedens cum lacrimis dixit : *Domine Iesu Christe, ostende mihi exuvias[2] martyris tui Zotae.* Et statim boves absque hominis imperio coeptum iter [agentes[3]] pervenerunt ad locum, ubi beatissimi martyris ossa iacebant omnia integra, posita unumquodque ad iuncturam suam. Theodorus vero episcopus gaudio magno repletus, cum lacrimis et psalmis et hymnis collegit omnia diligenter et ponens in vehiculo stetit post eum gaudens et plorans. Ignorabat[4] ubi eum reponeret[5] propter tyranni[6] metum. Boves vero coeptum iter agentes[7] pervenerunt ad villam, quae dicitur Tribilia, non longe ab Adradianes. Cumque pervenissent ad destinatum locum, non se moventes[8] neque in partem aliquam declinantes[9], beatus vero episcopus coepit inquirere, ubi[10] sepulcrum faceret, et invenit in eodem loco, ubi steterunt boves, pretiosissimum spelaeum a Deo paratum ; qui omnia diligentius cum linteis et aromatibus involvens[11], plorans vehementer sepelivit et abiit. Et non post multum temporis aedificata est in eodem loco ecclesia, in qua multa mirabilia per virtutem Christi divina virtus operata[12] est. Passus est autem beatissimus Zotas die vicesima mensis aprilis sub Maximiano imperatore et Dadio impiissimo, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria cum Deo Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

5. — [1] noctes *V.* — [2] exubias *A.V;* excubias *H.* — [3] *addidi.* — [4] Ign. enim *H;* et ign. *M.* — [5] poneret *H.* — [6] tyrannis *A.V.* — [7] *om. A.H.V.* — [8] moverunt *M.* — [9] declinaverunt *H.* — [10] qui *H; om. V.* — [11] involens *V.* — [12] operatus *V.*

(1) Bellunensem episcopum illum fuisse opinati sunt Bellunenses. Adnoto in martyrologio hieronymiano ad d. 26 martii recenseri nomen : *In Pentapoli Libiae Theodori episcopi*. Utrum vere dixerint Bellunenses, an contra huius episcopi africani nomen ex martyrologio desumpserit auctor Passionis nostrae, quae ceteroqui sublestae fidei est, viderint sapientes.

XIV. DE S. QUIRINO TRIBUNO

Cf. supra, p. 58.

Dux quidam Romanorum, nomine Quirinus, habebat filiam gutturnosam, nomine Balbinam, habebatque ipse dux beatum Alexandrum papam in carcere clausum. Ipsa vero puella pergebat saepissime ad carcerem ubi beatus Alexander papa catenis tenebatur ligatus, et deosculabatur catenas quibus ipse sanctus ligatus erat, scilicet ob gratiam recuperandae sanitatis. Cui beatus Alexander dixit: *Noli, filia mea, osculare has catenas, sed*[1] *quaere boias sancti Petri, quibus vinctus fuit, et osculare illas, et inde recipies sanitatem.* Quae mox ad patrem suum veniens, narravit ei sicut audierat a praefato papa. Quod audiens pater puellae, misit Iherosolymam nuntios, qui perquirerent carcerem ubi apostolus erat et inde secum afferrent boias sancti Petri. Quod ita factum est. Quas deosculans praefata puella ilico recepit sanitatem. Sicque beatus Alexander exiens de carcere constituit celebrari hanc solemnitatem kal. augusti in honore beati et sancti Petri, et in eius nomine aedificavit ecclesiam quae dicitur Ad Vincula, in qua etiam, ut fertur, sollemnitate catenae eius deosculabantur a populo devote.

[1] *add. a corr. in M;* scdm *A et V ante corr.;* scd *A et V post corr.*

XV. DE S. VICTORE MARTYRE

Cf. supra, p. 60.

3. ...... Tunc imperator furore commotus iussit iterum fustes acutissimos afferri, et sanctum Victorem extendi, et quinque terniones exire, et praeconem clamare: *Sacrifica diis, quos imperator adorat et omnis nobilitas Romanorum caput inclinat.* Sanctus autem Victor, cum in poenis esset positus, oravit ad Dominum, dicens: *Domine Iesu Christe, rex meus et Deus meus, adiuva me; nam ego libentissime patior pro te.* Tunc virtus Christi confortavit eum et a poenis liberavit eum. Maximianus autem impiissimus dixit ei: *Quid adhuc insanis, Victor? Consule vel nunc sanguini*[1] *tuo et immola diis meis*[2], *quos adorare nemo sanus respuit. Ecce tot philosophi, tot poetae, tot sapientes romani consentiunt veritati; tu quis*[3] *es, qui destruas cultum priorum?* Victor respondit: *Audi, perdite et a diabolo decepte. Errat omnis mundus in*

[1] sanguine *H. V post corr.* — [2] tuis *H. V.* — [3] qui *V.*

idolis, nec minus tu. Diabolus enim, qui primum hominem decepit, ipse in idolis habitans usque hodie totum mundum decipiendo seducit. Imperator dixit : *Cessa, miserrime, ab hac stultitia tua. Nam per deos et per salutem meam faciam te ad omnium poenarum experimentum venire. Et ne speres quod christiani te militem meum sibi martyrem faciant. Faciam enim te ibi iactari, ubi corpus tuum non inveniatur.* Victor respondit : *Saepius dixi tibi, quia non sacrifico nisi Christo; omnes autem confundantur, qui adorant sculptilia, et qui gloriantur in simulacris suis.*

Tunc indignatus Maximianus et diabolico furore perfusus, iussit eum in ligno extendi et crudeliter plumbatis caedi, et dixit imperator : *Adhuc consenti nobis, Victor, et sacrifica diis immortalibus; nam per deos et salutem regni mei plurima tibi tormenta parantur.* Victor vero Spiritu sancto plenus dixit : *Dominus mihi adiutor est, non curo quid patiatur caro peccatrix, ut spiritus salvus sit in die Domini. Certe adhuc, si vis, crede, quia diabolica insania non praevalebit*[4] *his quae divina sunt; et hoc vere scias quia, cum consummaveris in me omnia tormenta tua, videbis Christi virtutem in me exsistere, ideoque poenas tuas praevalere mihi non posse.* Tunc imperator iussit eum in ligno suspendi et ignem copiosum circa eum accendi. Ille autem clamavit ad Dominum, et exstinctus est ignis, et multi videntes conversi sunt. Cumque infinita multitudo credidisset et Victor tormentorum aerumnas omnes vicisset, imperator in defectu factus, iussit eum ferro vinctum in mediis fluctibus mergi, ne a christianis posset tumulari. Sanctus autem Victor, Christi martyr probatissimus, ferro acerrime sauciatus, spiritum Domino reddidit roseo sanguine laureatus viii° idus mai, susceptus ab angelis Dei, requie perenni confovendus in saecula saeculorum. Amen.

— [4] prevalebunt *M.*

XVI. PASSIO S. GERMANI

Cf. supra, p. 63.

De Germano illo, qui Polae in Istria tempore Numeriani passus esse fertur, nihil aliunde comperimus.

Passio sancti Germani martyris.

1. In tempore illo cum imperium obtineret impiissimus Numerianus, saepe christianorum persecutor, hic viros ac mulieres, quos Christus ad suam deitatis[1] gratiam convocaverat, persequens, ad martyrii

1. — [1] ditatis *A.*

coronam perveniebant. Namque eo in sua iniquitate perseverante, excaecatus furore laniabat[2] christianos, et ita tales iudices per universas civitates ordinabat, qui et ipsi consentientes iniquo et crudeli animo ipsis christianis deferrent supplicia. Cumque sua impia praecepta dirigeret per omnes regiones civitatis[3] vel oppida, contigit ut promereretur[4] tertio praesidatu Antoninus praeses in civitate Polensi, quae est in capite Histriae provinciae, et coepit in christianos suos[5] ebullire furorem. Si quos autem inveniebat viros ac mulieres se confitentes christianos, inauditis poenis puniebat eos.

2. Eodem namque tempore fuit quidam christianus vir, nomine Germanus, ex parentibus nobilissimis in civitate Polensi, annorum triginta et duorum, qui cottidie in Dei praeceptis permanebat, orationibus et ieiuniis Christum deprecabatur, dicens: *Domine, in te spero, non confundar in aeternum. In tua iustitia libera me et eripe me, et fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, et iustitiam tuam doce me.* Quadam nocte, dum oraret, subito facta est ad eum vox dicens: *Surge, Germane, exaudita est deprecatio tua, et non te despexit Deus, quem ex toto animo et tota mente tua*[1] *credidisti. Mane ergo surgens esto obviam huic impiissimo iudici, et nihil haesitans; sed confunde eius audaciam, quoniam ego sum tecum et laborabo*[2] *tecum, quia tibi debetur cursus agonis et corona martyrii.* Quo audito, beatissimus Germanus gaudio repletus dixit: *Ecce servus tuus. Fiat, Domine, secundum voluntatem tuam.*

3. Surgens autem diluculo, in mente habens responsum quod audierat, et procedente iudice iniquitatis, exiit obviam ei, et clara voce dixit ad eum Germanus: *Quid tantum saevis in Christi servos, inimice Dei et minister satanae, patris tui, qui habitat in idolis tuis surdis et mutis et*[1] *sine spiritu et absque visu et sine gressu, et vis adimplere opera eius? Nescis quia magnus est Deus noster, per quem spero confundere tuam insaniam*[2]. Audiens haec Antoninus praeses, iussit eum teneri et in custodiam mitti cum multo ferri pondere manibus et pedibus et collo constrictum; et ita praecepit, ut neque panem neque aquam ei ministrare[3]. Et cum hoc factum fuisset, ingresso eo in carcerem[4], faciens ante se[5] signum crucis Christi in introitu carceris, incluserunt eum custodes in interiore custodia, in loco tenebroso, et fuit ibi sanctus Dei tribus diebus et tribus noctibus ieiunans et orans. Orante autem eo, lumen refulsit clarum nimis in carcere[6], ita ut admirarentur[7] custodes ipsi valde[8].

— [2] laniabant *A.*— [3] (r. c.) civitates regionis *V.*— [4] promeretur *M.*— [5] *sic codd. omnes.*

2. — [1] *om. A.* — [2] laboro *A.M.*

3. — [1] *om. V.* — [2] (c. t. i.) c. i. t. *H.;* t. c. i. *V.* — [3] *sic H.A.M.;* ministraret *V.* — [4] carcere *M.* — [5] *om. A.* — [6] carcerem *A.M.* — [7] admiratione *A.H.;* in ammiratione essent *M.* — [8] territi sunt *add. M man. post.*

4. Quarto autem die impiissimus iudex iussit sibi in amphiteatro sedem poni, et spectante[1] universo populo, iussit sanctum Dei in mediam arenam duci. Qui cum introductus esset, sicut[2] serpens sibilans ita eum interrogavit: *In qua potestate vel cuius patrocinio cum tanta fiducia ausus fuisti talia verba profana in conspectu nostro proclamare?* Beatissimus Germanus respondit: *Patrocinium meum Christus est, qui mihi contra te certanti auxilium praestabit. Nam dii vestri, qui in igne aeterno cruciandi sunt[3], et vos ipsi colentes eos cruciandi eritis a rege caelorum, nihil nobis praevalere potestis.* Audiens haec Antoninus praeses, iussit eum extendi et ignem sub eo poni et fustibus a viris[4] fortissimis caedi. Sanctus vero orationem ad Dominum fundens dixit[5]: *Gratias tibi ago, Domine Deus, pater domini mei Iesu Christi, qui erranti mundo Filium tuum per virginis uterum nasci voluisti, ut nos redimeret pretioso suo sanguine et nos de iugo servitutis a diabolo detentos sua passione et resurrectione liberaret; qui tribus pueris in tuo nomine confidentibus quartus apparuisti in medio igne. Deprecor te, Domine, ut des mihi minimo servo tuo virtutem et tolerantiam adversus poenas, quas mihi praeparare conatur iste iniquissimus iudex, ut confusus[6] a servo tuo, universi magnificent nomen tuum.*

5. Cumque diutius caederetur, ita ut ipsi carnifices caedendo deficerent, iussit praeses ei parcere; qui dixit ad eum: *Parce iuventuti tuae, quia in prima iuventute esse videris, et sacrifica deo magno Iovi et Apollini, ut quae per ignorantiam peccasti, tibi repropitietur[1].* Beatissimus Germanus respondit: *Si qua tormenta dicis, celerius adhibe, quoniam, me a Christo confortato, desidero omnia quae mihi intuleris sustinere propter Christum benefactorem meum. Nam daemones, quos colitis, qui possident corda vestra, numquam eis sacrificabo.* Antoninus dixit: *Cacabos implentes pice et adipe atque oleo supposito ignem diutius ferventem eius ventrem superfundite.* Audientes autem ministri dictum citius fecerunt. Cumque diutius ferveret cacabus, incendebat manus carnificum, beatissimo autem martyri nihil nocebat. Dixit iniquissimo iudici[2] sanctus Germanus: *Erubesce iam cum patre tuo diabolo, qui possidet cor tuum, et cognosce dominum Iesum Christum, qui mihi tanta beneficia praestat in ipso confidenti.* Antoninus praeses dixit: *Quae est ista magna ars magica[3] vestra christianorum, ut, vos nihil sentientes[4], aliis poena vestra sentiatur?* Beatus Germanus respondit: *Sic de vobis sancta Scriptura dicit, ut audientes non audiatis et videntes non intellegatis. Si quid de supplicio cogitasti infernali, cessare, iudex malignitatis oppressus.*

4. — [1] (et s.) *ita scripsi*; expectante *codd.* — [2] *om. A.* — [3] sicut *add. M.* — [4] (a v.) *M post corr.*; amaris *H.A.V.M ante corr.* — [5] dicens *A.M.* — [6] *sic codd.*

5. — [1] reproicietur *A*; repropropicientur *H post corr.* — [2] *add. man. post. in H.* — [3] *add. man. post. in M.* — [4] ab *add. man. post. in M.*

6. Audiens hoc Antoninus praeses, dixit ministris: *Elevantes eum in eculeo, lateri eius lampades ardentes applicate, et ferreum cassidem diutius incendentes super caput eius ponite; verberantes eum dicite: " Talia patiuntur, qui diis immortalibus*[1] *iniuriam inferunt."* Elevantes autem eum ministri in eculeo, fecerunt quae eis imperata sunt. Sanctus vero Dei[2] orabat, dicens: *Gratias tibi ago, domine meus Iesu Christe, benefactor meus, qui me dignatus es passionis tuae participem esse et in ligno pendere iussisti.* Cumque ungulis raderetur[3], nihil sentiebat. Nam et lampades ardentes nullum dolorem aut aliquam callitudinem ei fecerunt; et imponentes cassidem igneum capiti eius, nec capillus capitis eius est adustus, sed hymnum Deo canebat dicens: *Ego ad Dominum clamavi, et exaudivit me vespere, mane et meridie.* Tunc dixit praesidi: *Vide, miser, quantam misericordiam praestat mihi dominus Iesus Christus et omnibus confidentibus in eum. Hic ignis nullum mihi dolorem, sed refrigerium praestat.*

7. Audiens haec iniquissimus iudex, iussit eum de eculeo submitti, et stans in media arena sanctus Dei manu sua innuebat silentium, et exclamavit omnibus qui crediderant in Dominum, dicens: *Fratres dilectissimi, ne vos*[1] *poena mea*[2] *conturbet, sed potius confirmamini in Domino, in quem credidistis, et in filium eius Iesum Christum, qui mihi tanta beneficia praestabit, sicuti videtis, ut hic ignis nihil in me potuit dominari ex ipsius praecepto.* Audiens haec unus ex consiliariis iudicis, nomine Iovinianus, dixit praesidi: *Quantacumque ei genera poenarum inferre volueris, nihil ei nocebunt, quoniam hic Galileus est, et per fantasiam nihil sentit. Sed iube ei capitalem recitare sententiam. Ecce iam paene tria milia virorum a cultura separavit. Quid enim amplius ei faciemus?* Audiens autem haec Antoninus praeses hanc ei dictavit sententiam[3]: *Germanum deorum immortalium rebellem*[4], *qui diis immortalibus sacrificium offerre contempsit et inoboediens praeceptis domini imperatoris inventus est, secundum contumaciam suam gladio caput eius amputari praecipimus.* Beatissimus Germanus martyr Christi dixit: *Deo*[5] *gratias ago, qui me indignum secundum deitatis suae pietatem*[6] *ad hanc gratiam perducere dignatus est.* Et educentes eum ministri foras muros civitatis duxerunt usque ad miliarium tertium, ibique accessit spiculator, amputavit caput eius. Eadem nocte veniens quidam vir Dei venerabilis Elladius diaconus occulte cum multis viris religiosis et fidelibus, colligentes corpus sancti Germani martyris Christi, digne sepeliebant in proximo loco, dantes laudem Deo Patri et Filio eius domino nostro Iesu[7] Christo, cui est honor et gloria[8] in saecula saeculorum. Amen.

6 — [1] *ita M corr.;* mortalibus *H.V.A.M ante corr.* — [2] *om. A.* — [3] raderetus *A.*
7. — [1] vox *A.* — [2] *om. A.* — [3] *om A, H ante corr., V.* — [4] rebellere *A.* — [5] Sed eo *A.* — [6] tuam *add. A.* — [7] *om. M.* — [8] (et g.) *om. V.*

XVII. MIRACULA S. MARIAE MAGDALENAE

Cf. supra, p. 72.

Narrationes Vizeliacenses de miraculis B. Mariae Magdalenae magnam in libris manuscriptis exhibere varietatem, dum nempe in aliis codicibus alia capitula saepe vel adduntur, vel omittuntur, multa experientia novimus. Quattuor capitula ex codicibus austriacis iam addimus; quorum duo (cap. 1 et 3) tum Sollerio nostro in codice Rebdorffensi (1), tum nobis (2) in codice Bruxellensi 98-100 (= B) occurrerunt; unius (cap. 2) ex codice H olim bonam partem edidimus (3).

1. Alio quoque tempore miles quidam[1] ex Aquitania oriundus, dum ab oratione Vizeliaco[2] reverteretur, in suos inimicos, quorum fratrem occiderat, incurrit, patre cum filiis in insidiis constituto. Qui ubi se circumventum agnovit, quo insederat desiliit mulo, eumque[3] saevientium in se[4] gladiis opposuit. Sed[5] dum unus eorum, ut expeditius et sine obstaculo gladiorum ictus, quibus[6] circumventus fuerat, exciperet, manibus eum[7] arripuisset, tanta[8] peregrino[9] data est fortitudo, ut fratrem fratribus, filium patri obiceret, et eorum tela sive gladios tali fretus clipeo devitaret. Tandem furore divinitus in pietatem[10] converso, omnes simul pedibus eius provoluti veniam audaciae efflagitabant[11]: se reos in Deum, se[12] in eius piam dilectricem graviter deliquisse[13], numquam[14] amplius se illi in posterum[15] nocituros[16]. Concordes itaque, Dei famula mediatrice, facti, quique ad propria in beatae Mariae laudibus remearunt, hic quia eum de morte liberaverat, illi[17] tamquam ab inferis per eam resurrexissent[18] (4).

2. Quiddam[1] etiam magnum atque memorabile, quod circa sepulcrum beatissimae huius famulae Christi actum est[2], si paginae inseratur, plurimorum de sepultura eius minus digne composita admirationi satisfacere non ambigimus. Nam cum venerabilis vir Gaufredus Vizeliacensis[3] ecclesiae abbas (5) exiguam cryptam, sub qua

1. — [1] et ipse *add. B.* — [2] a Zeliaco *B.* — [3] cumque *L ante corr.*; seque *L corr.* — [4] (s. in se) sevientibus *B.* — [5] *ita B*; statim *H.L.M.* — [6] (q. c. f.) *om. B.* — [7] cum *L.* — [8] celitus *add. B.* — [9] invocanti beate Marie Magdalene auxilium *add. B.* — [10] (in p.) impietatem *B.* — [11] *ita et B post corr.*; efflagitant *L.M.* — [12] et *B.* — [13] fatebantur *add. B.* — [14] nec umquam *B.* — [15] (in p.) imposterum *B.* — [16] pollicebantur *add. B.* — [17] quia *add. M.B.* — [18] resurrexerant *B.*

2. — [1] *Deest hoc capitulum in B.* — [2] et *add. L.* — [3] Vizelaicensis *H.*

(1) *Act. SS.*, Iul. t. V, p. 224, num. 201. — (2) Cf. nostrum *Catal. Brux.*, t. I, p. 32, 46°. — (3) *Anal. Boll.*, t. XII, p. 296, not. 2. Cf. L. Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. I, p. 318. not. 4. — (4) Sequitur miraculum ed. in nostro *Catal. Paris.*, t. I, p. 292, I. — (5) Factus est abbas an. 1037. Sub ipsius regimine initium factum esse videtur cultus S. Mariae Magdalenae in monasterio Vizeliacensi. Cf. L. Duchesne. l. c., p. 317.

sanctissimi corporis Dei dilectricis gleba servatur, effringere voluisset, ut tanto thesauro eminentiorem et ornatiorem exstrueret sepulturae locellum, subito tanta ecclesiam caligo obnubilavit, ut obscurissimam noctem ingruisse putares. Expavefacti qui aderant, alii attoniti ruunt, pars erupit in fugam, ceteri ad orationis confugiunt[4] praesidium. Omnes fere tamen qui interfuerant, non sine alicuius incommodi periculo ab incepto desierunt, et unde multi rem ignorantes mirari solent, quod minus ornatam habet[5] sepulturam, solus timor tam priscis quam modernis votum impedivit[6].

3. Sed et illud non praeteribo miraculum, quod quidam miles veniens a Normannia, Wilhelmus[1] nomine, de se factum, multis audientibus, narravit. Hic cum in quadam pugna confligeret, in oculo ictum[2] accepit. Qui ictus collisione graviter afflictus, lumen ipsius oculi[3] amisit. De cuius luminis amissione in maerorem incidens, cum die noctuque lugeret, requisitus a quadam sibi ignota femina[4] subito superveniente tanti maeroris causas[5], quid[6] contigerit calamitatis[7] lamentabili voce exposuit. At illa nullum melius consilium ad lumen recuperandum inveniri posse respondit, quam ut votum faceret[8] se ad beatae Mariae Magdalenae limina, quantocius valeret, properaturum[9]. Acquiescens igitur, qui periclitabatur[10], mulieris consilio, votum vovit, et continuo beatae Mariae Dei dilectricis virtutem[11] adesse persensit. Nam dolore paulatim mitigato, visum recepit et Vizeliacum[12] expetens, super altare, ubi Dei famulae sacratissima corporis gleba requiescit, mirae pulchritudinis calicem de[13] auro et argento obtulit; et haec omnia ipse nobis[14] pius[15] relator intimavit[16].

4. Nec[1] silebo quod quidam Sconnensis territorii miles, Adalardus nomine, de castello, quod Malsiacus dicitur, per ipsam Dei dilectricem ante sepulcrum eius sacratissimum assequi visus sit iam defunctus. Hic enim dum adhuc viveret, adeo devotus erga ipsam Deo dilectam exstiterat, ut frequens ad eius limina orationis causa venerit[2] et vel in pascha vel in ipsius natali Vizeliacensem[3] ecclesiam fere per singulos annos visitare solitus esset. Cum igitur[4] in Iherosolymitana peregrinatione iam obisset, quidam eiusdem Mausiaci castelli miles, Richardus nomine, qui cum multis praedicti territorii viris in paschali sollemni-

— [4] fugiunt *H.* — [5] habeat *L.* — [6] impediunt *L.*

3. — [1] *ita B.;* Cuileimus *H. ante corr.;* Cuilemus *H corr.;* Cuielmus *L ante corr.;* Wielmus *L corr ;* Cuilelinus *M.* — [2] (in o. ic.) ic. in o. *B.* — [3] penitus *add. B.* — [4] famula *B.* — [5] causa *B, erasa scilicet littera* s. — [6] sibi *add. B.* — [7] (co. ca.) ca. co. *B.* — [8] (vo. fa.) vo. voveret *B.* — [9] proparatum *B.* — [10] (q. p.) *om. B.* — [11] (b. M. D. d. v.) b. M. Magdalene v. *H;* v. b. D. d. sibi *B.* — [12] Vizelaicum *H;* Zeliacum *B.* — [13] ex *B.* — [14] (i. n.) n. i. *B.* — [15] verus *B.* — [16] nuntiavit *H.*

4. — [1] *Deest hoc capitulum in B.* — [2] veniret *M.* — [3] Vizelaicensem *H.* — [4] ergo *L.*

tate Vizeliacum[5] advenerat, in ipsa hora, qua populus sacrosancta corporis et sanguinis Domini mysteria percipiebat, vidit, et ecce inter communicantium catervas ad altare qui defunctus fuerat accedebat; sed recedere, ut alii, minime videbatur. Stupefactus novitate miraculi, quid viderit sociis refert, et[6] ante sacrum beatae Mariae Magdalenae corpus affirmans[7].

— [5] Vizelaicum *H.* — [6] hoc factum *M.* — [7] *Add. M in margine:* Amputata est hic legenda beate Marie Magdalene, et legenda beate Marte vix pro tertia parte hic continetur.

XVIII. MIRACULA S. PANTALEONIS

Cf. supra, p. 73.

Narrantur hoc libello miracula quae anno 1046 et sequentibus Pataviae *(Passau)* patrata sunt in monasterio monialium Sanctae Mariae, quod « fundatum et inchoatum legitur in honorem B. V. Mariae, Sanctae Crucis et S. Panthaleonis » (1). Scripta sunt, ut videtur, a muliere quadam (2), nempe ab illius coenobii moniali (3), quae ipsa rebus gestis praesens interfuerat (4).

Miracula sancti Pantaleonis martyris.

1. Post longa peregrinationis itinera, quis[1] multorum utilitati vos divina praevidit providentia, dum propriam contigisset patriam revisere, ac tandem diu exoptata visione nobis liceret perfrui, inter amicae salutationis colloquia, quibus saepius accepimus nobis profutura, causa exstitit nobis retexere magnifica operationis divinae insignia, quis[1] nostris glorificari dignatus est temporibus, immo his locis; quibus veracius testificari possumus nostris conspecta obtutibus. Quae dum vestra magnificentia aure percepisset, ut erant, reverenda, primo requirere cura fuit, si abs[2] quolibet posterorum memoriae essent commendata. Quod dum foret compertum omni-

1. — [1] qui *H post corr.* — [2] a *L.*

(1) Bruschius, *Monasteriorum et episcopatuum Germaniae centuria secunda* (Vindobonae, 1692), p. 110. — (2) Cf. cap. 1: *dum ob magnitudinem iussionis plurimorum me committo caraxandam ungulis.* — (3) Cap. 14: *dum iucundissimis interessemus sollemniis beati martyris Christi Pantaleonis...* Ibid.: *Nam visibiliter cuidam sorori apparuit, cuius nomen supprimere ducimus, quoniam superstitem adhuc habemus.* — (4) Cap. 1: *operationis divinae insignia, quis nostris glorificari possumus temporibus, immo his locis; quibus veracius testificari possumus nostris conspecta obtutibus.* Cf. etiam not. 3.

modis omissum, haud tam[3] propter neglegentiam quam auditorum invidentiam, qui corde maligno Deo tanta in sanctis suis operanti[4] detrectabant[5] credere, tum sagaci industria spopondistis veternosum silentium vos velle in palam deducere, quod et effectum cepisset, si[6] negotium saeculare, quod est impedimentum exercitii spiritualis, non[7] obstitisset. Verum dum nulla intercessissent otia ad haec perficienda, meae inertiae hanc voluistis operam iniungere, cuius et si lingua quid inane interdum balbutit, tam exstat aliena veritatis ratione quam egena virtutum operatione. Sed cum nullo modo ab hoc imperio vestri quivissem auctoritatem removere, coacticio[8] agitante stimulo[9], tandem iubentis imperio malui parere quam inoboedientiae noxam incurrere, vel hoc tenebris obtegi, quod multorum notitia expediret haberi. Quocirca in portu vestrae blandae[10] tranquillitatis meae, pater venerande, conquiescat anxietas mentis, ut[11], dum ob magnitudinem iussionis plurimorum me committo caraxandam[12] ungulis, quod tam fortia narrationis[13] aggrediar opera, vestrae sublevet orationis interventu, quo valeant suppleri effectu, et ut me maneat aeternae quietis respectus.

2. Igitur dum singulae urbes singulorum patrocinentur dignitate sanctorum, nescio qua ratione Patavinae urbis coenobium hoc non meruit suffragium[1] nisi, ut equidem credo, quod divina providentia praeordinans futura voluit fieri post tempora quae sunt relatione manifestanda. Nempe in eodem coenobio famulantes Deo, licet divini ignarae[2] consilii, postmodum praefiniti, a primaeva viredine devotione fidelissima studuere sanctorum Nicolai confessoris Christi ac martyris sanctissimi Pantaleonis famulitio inhaerere. Quod dum ferme quinquaginta annorum decedentibus curriculis devotius supplessent, clementia superna, quae numquam spernit[3] sua voluntate laborata, evidenti voluit probare indicio cuncta prospecta esse suo iudicio, quae pro veneratione sanctorum peraguntur devotione fideli.

3. Anno siquidem dominicae incarnationis millesimo XL^mo^ VI, indictione XIII, festivitate sollemni martyris Christi Pantaleonis, praefati coenobii benignissimi provisoris, quaedam puella nomine[1] Liutpurga[2] residens intra[3] ipsius saepta monasterii, dum sub cubile cuiusdam monasticae iuvenculae praetenderet operandum manibus, subito manu in curvedinem contracta[4], et dolore nimio tacta, lectisternia petiit. Tunc venerandi iuvenem habitus comitatu alius vidit

— [3] tamen *L*; unde *H*. — [4] operati *H*. — [5] detractabant *L.M.* — [6] nisi *H post corr.* — [7] *om. H.M; add. corr. L.* — [8] coactio *H.* — [9] simul *M.* — [10] *om. H.* — [11] et *H.* — [12] caraxandum *L post. corr.* — [13] interventu *add. L, at deletum.*

2. — [1] suffraium *L add. sup. lin.* — [2] ignare *H ante corr.*; ignari *L. M. H. corr.* — [3] *om. L.*; spevit *H ante corr.*; sprevit *H corr.*

3. — [1] nomina *H.* — [2] Lutpurga *L.M.* — [3] inter *L.M.* — [4] (in c. c.) incurvata *L.*

introeuntem et sese durissimis lacessere transpunctionibus; quae stigmata eodem momento praetendit videre volentibus. Quod dum confestim nuntiaretur congregationi, vespertino officio insudanti, mox completa synaxi, manibus sororum ducitur ad oratorium, oratione earum iuvanda, quarum servitio talia [5] erat perpessa. Quo dum subnixius [6] Domino et martyri supplicassent, curvedine resoluta, oculorum inibi est visu frustrata ac eandem, quam prius manuum, conqueritur [7] oculorum punctionem. Inter haec altari prosternitur et pro eius medela studiosius supplicatur. Interea conspicit aspectu spiritali praelibatos seniores abside circumeuntes, librum aureum prae manibus gerentes. Ex quibus unus venerandi habitus iuvenis accedens quantitatem tabularum graphiorum nec non et acus longissimis filis ingestis ferens, quos retexuit in nataliciis sanctorum esse abusos. Quem illa, audientibus omnibus praesentibus, sic est affata : *Cur,* inquiens, *domine* [8] *Deo digne, me solam tantorum voluisti solvere pondus scelerum?* Cui ille ait : *Quia his cohaerebis, quae norunt et ipsae nefas declinare et alios prohibere, ideo te multis in exemplum constitui.* Verum hac caecitate afflicta [9] illic est relicta caenandi gratia; sororibus mensam adeuntibus, ipsa pernox in oratorio manens martyris auxilium attentius implorabat. Sed sequenti die lucescente et primae horae signo insonante, eadem ducitur ad altare oblatione candelae. Tum gratia divinae miserationis illi affuit per suffragium martyris, qui illi apparuit iterato priore [10] habitu, libro, quem praetulimus, praetento, et tertio in faciem comploso, lumen reddidit orbatae sui nominis pro glorificatione.

4. Nempe redeuntis anni curriculo, in coquina earundem sororum quidam, nomine Megingoz, puer cultro lanificino nescio quid inutile findens, incurvedine horribili manus inhaesit ac firmitudine mirabili. Qui confestim inter sollemnes missae horas [1], facto luminario, ecclesiam sanandus accessit, et sub momento sanus recessit.

5. Dignum est haberi [1] memoria, quae [2] pro sui nominis gloria ac sibi cara sanctorum merita eo ipso, quo haec gesta sunt, anno operari est dignata superna clementia. Namque die xiii kal. mai, feria secunda post pascha annotinum, quaedam collega [3] sororum, aetate iuvenis, nomine Erchanhildis, dum communicato labore nocturnalibus interesset vigiliis, ipsi primum responsorium decernitur decantandum. Quod dum efficaciter complevit, scamno, ut prius solebat, resedit. Post, dum est perventum quo tertia lectio paene duceretur ad extremum, ipsius ex adverso in altero choro constructo ostio

— [5] *add. sup. lin. L.* — [6] subnixus *L.* — [7] dum queritur *codd.* — [8] Domino *L.M.* — [9] (c. a.) caecata *L.* — [10] priori *L.M.*

4. — [1] (m. h.) *corr. ex* missas *H.*

5. — [1] habere *M.* — [2] quia *L.* — [3] de (*add. sup. lin.*) collegio *L.*

conspicatur duos eximii decoris[4] viros, quasi sub ostio praestolantes, ut illi visum fuit, donec in[5] cantando post finem tertii responsorii *Gloriam* ipsi introirent per debitam assurectionis reverentiam. Quod dum more solito compleretur, haec, quam praefati sumus, surgens cum reliquis ob honorem sanctae Trinitatis, mox capite connixo, collo divexo, toto simul corpore velut uno conglobata[6] glomere concidit[7] ac videntibus permaximum terrorem incussit. Quod quaedam e[8] diverso conspiciens, ocius accurrens, viribus quibus potuit miserandum corpus relevavit et subsellio residens propriis genibus admovit, dum mirum in modum per duarum fere spatia horarum sine motu mansit corporis, ita ut nulli dubium foret, quin esset soluta nexu carnis. Deinde sensu pervigili, voce lugubri, talia prosecuta aiebat : *Non, ut putatis, me exanimem videtis; sed horum horror irrepsit, quos coram astantes mihi audio minitantes.* Verum post terga residenti qui essent vel cur aut[9] unde venissent, curiosius investiganti respondit : *Ut mihi contigit*[10] *rescire*[11], *vobis habeo dicere. Dignitate prior, statura procerior, caesarie nivea, Iohannes est Baptista; me ream pro temerario ausu compellat, minaci vultu tridentem fuscinulam gestans manu*[12], *qua me exenterare ac viscera tenus vult enervare. Sed enim alius aspectu decorus, capite flavus, Pantaleon martyr eximius, qui sedulus pietate paterna pro mea interpellat venia. Quam licet non obtineat pro voto, nec*[13] *tamen illi denegatur ex toto. Sed per eius interventum iam iamque exsertum remittit flagellum, aliud nescio quid illaturus, pro quo nimium meus concidit animus.* His dictis, dum est impositus finis, is qui erat facie commotus ceu exasperatus, infit iuveni semet pro interventu gratiae comitanti, ipsa referente per[14] singula, prout erant audita: *Debitum quod per te petis, frater, relaxare, non est meum posse annuere, quia, licet*[15] *ad haec corrigenda multa loca forent*[16] *congrua*[17], *ob hoc istuc*[18] *remanent*[19] *reservata, ut liquido cunctis clareat qualiter animam corpusve noceat quodlibet votum Deo sanctisque suis sponsum et minime persolutum.* Et ne quis ausu temeritatis post tam luculentam visionem fiat incredulus, quod dictum ultionis sequitur ictus, visibus obcaecatis et in tantum tumorem elatis, ut nonnulli videntes crederent, quod ocius creperent[20], modus exigit rationis, ut evolvatur textu narrationis, ob quam culpam talem meruerit poenam.

6. Denique haec eadem nobilibus orta natalibus, apud parentes commorata morbo clandestino est in inguine vitiata, nec quoquam

— [4] decoros *M ante corr.* — [5] *deletum in M.* — [6] conglobato *H.* — [7] conscidit *H.* — [8] ex *H.* — [9] vel *L.M.* — [10] contingit *H.* — [11] rem scire *L.M.* — [12] (g. m.) m. tenens *L.* — [13] sed *L man. pr.*; non *L corr. sup. lin.* — [14] *om. L.* — [15] *om. L.M.* — [16] (l. f.) fuerint l. *L.* — [17] congruentia *L.M.* — [18] istud *M ante corr.*; ista *L.* — [19] remanet *M ante corr.* — [20] creptent M.

medicamine potuit curari. Tunc eius parentes, quoniam erant unice eam diligentes, ad quandam parrochialem deduxere basilicam in honore sancti Iohannis Baptistae consecratam, ut illic eiusdem vigiliarum assumpto ieiunio perpetualiter observando[1], corporali deinde potiretur incolumitate, quin et animae salute. Hoc dum suscepit summaque devotione complevit, redintegrata sanitate, viguit, dum in saeculo mansit. Verum dum[2] a suis destinatur monasticis deservire sanctionibus, ut moris est monachorum post conversionem monasterialem non subiacere votis saecularium[3], haec ipsa magistrali parens iussioni prius institutum prorsus sprevit ieiunium. Pro quo contemptu hoc tam acri est afflicta cruciatu. Corporeo siquidem[4] visu frustrata adeo mente est illuminata, ut toto intellectu actu et habitu in spiritalia iam ita[5] transisset, ut nec situm[6] loci, quo esset, vel quibus audita rettulisset aut proprii habitudinem corporis ad memoriam revocari posset; et quanquam talibus intenta foret rebus, praesentibus quasi spiritali conversatione secum conversantibus rettulit quaeque viderat seu audierat, his sub silentio ductis, quae illi videbantur[7] tacenda. Ex his ergo quae ad nostri notitiam sunt perventa, quam plura[8] habemus praetereunda, ne lectoris sollertia parvipendat superflua aut quisquam autumet irrita, quae veritatis testimonio sunt plena, quae et potiora habentur quam lingua enumerari[9] aut littera possint comprehendi[10].

7. His itaque viris, quos praelibavimus, praescriptam aegram accedentibus, tanta eam[1] invasit concussio tremoris, ut crederetur intimum telluris moveri. Quo tremore cessante, iniunctus est illi ordo paenitentiae ecclesiastico more, a beato scilicet Iohanne; qui et sic ait: *Quia, ut nosti, qui hoc paenitentiae pondus subeunt, ab ingressu ecclesiae se suspendunt et elemosynas de facultatibus distribuunt, sub manu clementiae remitto et aliud iniungo, quod sollicitius implere iubebo.* Inter haec verba puerum forma terribili assistere vidit lateri, cupientem transformationibus illusionum impedire intentionem visionum[2]. Hoc dum praesentibus zelando[3] nuntiasset, aqua benedicta confestim apportata ac bis terque undique respersa, evanuit pestis infamis ut[4] fumus inanis. Tunc sanctus Baptista addidit ista: *Vigiliarum mearum ieiunium, pro cuius contemptu iam incideras iudicium, abhinc perpetuo observandum instituo, insuperque anno instanti a die praesenti usque in ascensionem Domini secunda et quarta feria usque in horam nonam orationi incumbe et ieiunio, uno tantum contenta edulio, in sexta*

6. — [1] servando *L.* — [2] (V. d.) Dum vero *L.* — [3] ecclesiarum *L ante corr.* — [4] quidem *L ante corr.* — [5] *om. H.* — [6] situ *H* — [7] iubebantur *M post corr.* — [8] (q. p.) complura *H.* — [9] enuntiari *H.* — [10] (p. c.) c. possit *L.*

7. — [1] enim *M ante corr.* — [2] iussionum *L.* — [3] anhelando *H post corr.* — [4] et *H ante corr.*

vero feria in vesperam producito. Sed enim ab ascensione Domini continuis diebus ipsum observa ieiunium usque in sancti Spiritus descensum. Abinde quidem feriarum[5] *persolve dies solitas*[6]*, ut prius solebas, donec compleas dierum numerum, quo meum celebres festum, eisdem ieiuniorum diebus psalmis decantatis pro qualitate possibilitatis. Quod dum compleveris, memoriale meum tibi relinquo.*

8. His ita diffinitis et aliis, ut iam dixi, mirabilioribus, quibus littera subducitur, quia fides a pusillanimis non astruitur, aurora cursus provexit et sol radios advexit. Tunc[1] plures advenere, quae dudum per quamlibet necessariam corporis administrationem abfuere[2], nec fidem rei adtribuentes quiddam inter se fuerant mussitantes; quod divinae non fuerat aptum concordiae, ut edocuit eventus causae. Nam inter verba dissidii concussa tremore grandi, proloquitur voce lacrimabili : *Adsunt quidam ignoti, veluti cuiusdam legati, volentes me abducere in remotiora, quoniam hic non expedit mora.* Quae dicta comitantur acta, et mox, anima resoluta, iacuit velut mortua. Hoc eaedem[3], quae prius vi institerant, videntes, atrocius iram incendentes[4], iussu minaci destinaverunt educi et plagis multis vapulare. Tum modo mirabili[5] cerneres[6] cadaver erectum in plantas ita membratim irriguisse, ut in nullam partem moveri potuisset, donec sic rigidum sago iniectum, ecclesia evectum[7], cuidam cubiculo est importatum. Ibi itaque per totum illud diei spatium haec, quam diximus, sollerti observata custodia, sensu corporali prorsus extranea, contemplatione spiritualium plenius exhilarata, virtutum nihil ex his, quibus concessum est interesse, ex tunc licuit referre; quod utique peccatis exigentibus actum esse credimus, tam per dissidentiam quam illarum, quae interfuerunt, diffidentiam. Verum per totum illud diei spatium sororibus circumsedentibus[8] et exitum eius praestolantibus, die advesperascente ac sole ad occasum vergente, pulsato[9] signo vespertino, omnibus ecclesiam adeuntibus vigiliasque solito more celebrantibus, sola illic cum iuvencula remanebat, quae illi magistrali cura praestabat. Sed enim ultimo sonato vespere campano[10], utique reducta, quae corpore erat[11] educta, sub obtentu memoriae, qua nocte priori officio debuerat interesse matutinali, subito exsilivit, caligas cum summa festinentia[12] quaesivit. Sed praesentibus, quo vellet, requirentibus, ipsa infit[13] : *Audito campano, matutinum adire habeo, ubi mihi responsorium ad cantandum est breviatum; cuius cura si exciderit*[14]*, commarcalis austeritas dure me flagellabit.* Illis vero morantibus, haec adi-

— [5] *add. sup. lin. L.* — [6] debitas *L.*

8. — [1] tum *L.* — [2] affuere *M.* — [3] ecclesiae *M.* — [4] incedentes *H.* — [5] (mo. mi) mirabiliter *L.* — [6] cernens *L ante corr.* — [7] invectum *L ante corr.* — [8] circumsidentibus *H.* — [9] pulsante *H.* — [10] campana *H.* — [11] *om. L.* — [12] festinatione *H.* — [13] inquit *L.* — [14] insiderit *H.*

ciebat : *Ut quid horrescunt tenebrae, cum semper soleat hic lumen ardere? Luminaria afferte, calciamenta praebete, basilicam accedere sinite.* Enim vero illa, quae eam observabat sollertia summa, lacrimans referebat ad ista : *Non, ut arbitraris, filia, nocturnalis te obcaecat umbra, cum diei sit hora clara, sed manus Domini iudicio te corripuit gravi; visu utique oculorum carebis.* Contra quae illa nulla animi[15] amaritudine commota, aiebat gratulabunda : *Verene est ita?* At quae erant ibi[16], prae manibus eam tenentes et ad ecclesiam ducentes, vesperam cum ea decantabant. Deinde in semet reversa, lacrimis ubertim profusis, mente acerba haec rettulit[17] verba : *Heu me miseram, iucunda sede repulsam! Ut quid huc volui, quae tanto gaudio interfui?* Sed illis insistentibus, quibus interesset convenientibus, hoc solum manifesta narratione innotuit, quod in quaedam virectae amoenitatis loca deducta, muris altissimis circumdata, illic deambulantes sanctorum viderit choros, habitu facieque decoros, quos de vitae humanae statu retractantes, atque in ipsius ambitus angulo sese iacentem unum ex his audit compellantem : *Quis hanc advenam ad nostram devexit coloniam? Num hinc remeare, an hic condecet habitare?* Tunc unus ex consodalibus his[18] locutus est vocibus : *Iussa est reduci et terris adhuc peregrinari.*.

9. His aliisque recitatis atque, quibus priore nocte intererat, visionibus ex ordine revolutis, nox diem concluserat et super agendis rebus omnium animos cura magna sollicitabat. Tandem inito retractabant consilio, ut ipsa aegra cum aliquibus sororibus secum deputatis pernox maneret in oratorio, divinum flagitando auxilium, ut aliquod mereretur obtinere remedium. Sed dum serior hora exegisset[1] ut[2] omnes quietem petissent, illa cum sodalibus ante sancta sanctorum residens, repente tota ecclesia fragore concussa, eosdem, quos prius, sanctos cum aliis, quos signatius nomine expressit, adesse videns, dira voce dixit : *O si hominum posset pertingere notitiam, quanta hic sanctorum cumulantur patrocinia, nullus infra Europam locus expeteretur dignius neque frequentius, praemissa Roma, quae totius mundi habetur monarchia.* Et adiecit : *Nonne auditis quanto fragore, num videtis quali honore concurrunt, qui hunc locum muniunt?*

10. His verbis finem dum dedit, psalterium, altera secum alternatim modulante, incohavit, et ad tricenum psalmorum numerum usque perduxit, ita verbis distinguens sensum, ut nulli dubium esset quin Spiritus sancti illustraretur condescensu. Erat enim[1] dudum psalmo-

— [15] *om. H.* — [16] illic *H* — [17] protulit *L.* — [18] *om. H.*

9. — [1] exigisset *H.* — [2] et *H.*

10. — [1] iam *L.M.*

rum scitu mediocris. Hoc vero numero vel expleto, sibi assidentes longius oravit secedere, ut deambulantes patroni locum possent habere. Quod dictum dum exsequuntur, post pusillum iterum ad se accitas, ipsos provisores in ulteriores partes[2] ecclesiae progressos esse denuntiavit, easdemque sorores sui causa rogavit ferre circum[3] altaria crucem et sanctuaria, cantusque imponere, quos huic necessitati nossent congruere. Hoc dum summa velocitate[4] completum foret, per descensus ab altari progredi monet et illic supplicationibus insistere, donec in se virtus miserationis divinae claresceret. Sed inter letaniarum modos ipsa aegra ad summos altaris gradus poplite nudo progreditur, vultu deiecto[5], manibus expansis, in altum fatur : *Domine Deo digne, persolvo quod iusseris benigne.* Hac voce tertio repetita, et quid se persolvere promitteret requisita, pavido corporis gestu respondit : *Qui mihi saepius solet medelam precibus annuere, sollers me curat commonere indictum ieiunium sollicite perficere, si cupere velim gratuita sanitatum dona.* Hoc in verbo itidem bis ter ingeminat : *Persolvo, Domine, gratanter, quod instituis tam ardenter.* Interea ab assistente quadam commonita, ut votum quodlibet eidem sancto voveret, quod eius memoria suae salutis causa accuratissime impleret. Ad quod consilium spirituale responsum illi est ita illatum[6] : *Quodquod votum a te non requiro, quoniam tali gratia te mihimet submitto, ut velis nolis dehinc votiva mihi[7] debeas servire.* Et simul his dictis, ut ei videbatur, fanonem splendidum dextra praetendit et soli oculo dextro lumen sibi donavit. Tunc Creatori laus maxima ab omnibus est reddita ; sed necdum adhuc manifestatum est cognitione[8] vulgari.

11. Post haec nempe, dierum numero decedente, cum festivitas illuxisset venerabilis sancti[1] Baptistae Iohannis, mane primo diluculo, dum omnes in unum orationis hora convenirent, sicuti est mos apud monachos, ipsa cum reliquis adveniens sub omnium aspectibus, corpore colliso, subito concidit, facie tumescente et[2] caecitate, ut prius, ingravescente, significationibus, quibus potuit, visiones sanctorum adesse edocuit. Sed completa oratione, cunctis considentibus ac laudibus psalmodiae immorantibus, missa matura decantatur, ad quam ab omni populo sollemniter concurritur ; inter quam illa iacuit mente soluta, ceu vitae desperata. Signo[3] primae pulsato, omnes debita veneratione surgentes, se suaque omnia Deo sanctisque eius commendantes, tanto scilicet subnixius, quanto perspicacius divinam speraverant illic adesse clementiam. Verum inter ipsos primae cantus

— [2] *om. L.* — [3] circa *L.* — [4] necessitate *L.* — [5] detecto *M.* — [6] elatum *H.* — [7] (v. m.) m. v. *L.* — [8] cognomine *L.*

11. — [1] scilicet *add. H.* — [2] (et - ingr.) *om. H.* — [3] Si signo *M. H corr.*; sic signo *H ante corr.*; sed signo *L.*

sanctorum, quos praediximus, conventus per absidem conspexerat deambulantes, sanctum vero Baptistam venustiore quam credi possit vestitum decore sese vidit accedere et, ut ipsa aiebat, ob id illum eo die maior claritas exornabat, quoniam, quo celebrior veneratur a populis, eo gloriosior gratulatur cum[4] angelis. Et cum pervenitur ad versum : *Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam et secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius,* a beato Iohanne ei visus ad integrum est attributus. Tunc laus summa ab omni populo est reddita Creatori virtutumque operatori bonorum et gloria per omnia saecula[5]. Post redditionem vero laudis eodem momento gravi morbo concussa lecto prosternitur et diutissime correpta sanitati restituitur, ut veritas praedictoris[6] probaretur, quam praedixerat, quoniam[7] hoc memoriale relinquo, quo ad certitudinem credulitatis omnes instituo[8].

12. In eodem siquidem coenobio quaedam iuvencula, nomine Gerbirga, indicibilem passa est corporis infirmitatem, ita ut nec quisquam tam peritus interveniret, qui levamen medicaminis seu qualitatem aegritudinis edicere nosset. Et dum hac invalitudine[1] per medium fere anni spatium laborasset, appropinquante natalicio sollemni Pantaleonis martyris Christi, acerrimo dolore[2] conquassata, ad ultimum vitae est paene perventa. Tunc ad episcopum ipsius civitatis, qui tunc aderat, dirigitur, ut sacro eam velamine dotaret, quatinus hoc sponsalicio animam Domino commendaret. Qui aliquibus detentus occupationibus, perendinavit in crastinum, quo sanctum colendum erat festum. Verum illi in nullo vitae statu moranti, divino sumpto[3] consilio, ut post vespertinae laudis officium ferretur ad altare, ubi ipsius veneratio nominis habetur[4] memorabilis, oratione illi commendanda, a quo erat salvanda. Tunc modo[5] insperato puella sic surrexit incolumis, ut nullum vestigium in ea pareret languoris. Post aliquantos autem dies diro vermium vomitu, quos scabrones nuncupant, dabat indicium quam acerbe prius pertulerit quaque gratia sanata fuerit.

13. Eadem festivitate in ea ipsa civitate cuidam mulieri textrino inhaerenti operi[1] textorium manu inhaeserat, nec ullo modo avelli poterat. Quae confestim cum lumine ad ecclesiam venit et, lacrimis profusis uberioribus, pristinam sanitatem recepit.

14. Denique evolutis quinis annorum curriculis, ex quo ea, quae praesignavimus, erant gesta, proxima kalendis augusti dum iucun-

— [4] ab *L.* — [5] seculorum *add. H.* — [6] predicatoris *M.* — [7] *om. L.* — [8] institutio *H ante corr.*

12. [1] (h. i.) in hac valitudine *L.* — [2] diu *add. H.* — [3] sumptu *H.* — [4] haberetur. *L.* — [5] vero *H.*

13. — [1] *om. L.*

dissimis interessemus sollemniis beati martyris Christi Pantaleonis, quin immo, ut secus ipsius promissa dicam, benignissimi patroni ac fidelissimi provisoris, nocte instante [1], nocturnalibus vigiliis paene usque ad matutinales laudes consumptis, idem, quem praefati sumus, martyr eximius communi psallentium choro dignatus est praesentialiter interesse, reliquis sanctis suae societati coniunctis, quorum quia hic non dicuntur magnalia, silentur et nomina. Verum ne quis auditorum haec verius acta arbitretur, sed falsa, in sacramento affirmamus divino eiusque sancti gratia salva ita conscripta, ut sese habent, nec in aliqua re ficta. Nam visibiliter cuidam sorori apparuit, cuius nomen supprimere ducimus, quoniam superstitem adhuc habemus. Quae quanta et qualia viderit seu auditu perceperit, non est nostrum ad integrum disserere, quia et pro parte sibi narravit interdicta fore. Verum tamen hoc cupimus propagare, quo multos ad spem salutis possumus animare, scilicet quod illos invicem colloquentes audivit ipsum sanctum a beata Dei genetrice, certissima maerentium adiutrice, ad hunc [2] locum ob hoc fore destinatum, ut abhinc in aevum eius sentiant patrocinium tam devota mente eius suffragium [3] quaeritantes quam etiam inibi Deo famulantes. Ob id equidem quoniam eiusdem Dei genetricis praesentia non possit esse continua, pro sui magnificentia adicientes, si accuratiore diligentia nocturnalis procurata esset vigilantia [4], talia illic fuisse visa, qualia nullorum meminit aetas annorum.

15. His dictis aliisque multis, quae ipsa horatim per singula referente percepimus, intulerunt ideo divinitus sibi collatis inibi [1] id plene non florere signis, quia in his, quae hactenus fuerat operatus, non solum oblivione, verum etiam verborum iniuriatus sit detestatione; et [2] quos in hoc notare voluit [3], signatius edocuit, prout prius res innotuit, subnectentes et illud in ipsa sollemnitatis eius vespertina synaxi quoddam magnificum illic actum fore miraculum, quod ipso, in quo agebatur, sub silentio ducente, necdum nobis apertius claruit, licet curiosius investigatum sit, quod omnimodis suae reputavit iniuriae. Inter haec verba saepius dolenter repetita, ad integrum matutinalibus expletis laudibus, prout ipsius gesta corporis persensimus veriusque verbis audivimus, idem sancti venerando crucis signaculo omnes communiter consignavere et sese cum corusco lumine altario locavere [4].

16. Nempe his et talibus, quibus diutius [1] immorari fastidiosus lector non sinit, illa dum interesset visionibus, pariterque praesentes

14. — [1] et *add.* *H* — [2] hec *L.* — [3] patrocinium *L.* — [4] vigilia *H.*
15. — [1] invicem *L.* — [2] ut *L.* — [3] voluerit *L.* — [4] collocavere *L.*
16. — [1] divinitus *H.*

allocutionibus et eorum piis foveret subventionibus[2], caerulum[3] nox peplum obtexit, eousque diem cum splendore[4] solis advexit, dum eadem mente redintegrata et corpore nimis debilitata loco, quo dudum consederat, moveri non potuit, donec primae horae signum insonuit. Tunc adimpletur quod divina voce iubetur, ut quod aure auditur, supra tecta praedicetur; nescio qua flante aura, per urbem divulgatur fama. Certatim convenere multi devotione fideli, afferentes luminaria, conquaerentes necessaria. Inter quos advolavere velocius valitudine laborantes atrocius, pensa adducentes, sanitatem recipientes. Eadem namque die recuperandae salutis spe quaedam mulier in subsellio est adportata mirifice membrorum compage soluta. Nam femur funditus loco submotum, coxa summo tenus evulsa, genu cum pede deorsum transverso ordine retortum, quoddam specimen horribilis praeferebat monstri. Verum hac aegritudine per ternos mensium confecta decursus, nusquam potuit loco vel lecto submoveri proprio conamine, nisi[5] suffulta alieno iuvamine, neque hoc sine maxima molestiae suae vi. Cumque, ut iam dixi, sede vectitali[6] anteposita esset altari, pensis secum delatis, voto se constrixit Deo et sancto martyri, ut, si recuperaretur sanitati, quoadusque viveret, votiva eius sollemnia celebraret, et quotquot annis censum sui solveret capitis. Sed dum per duarum fere spatia horarum illic maneret et ratio temporis egredi moneret, ad eum, qui se apportabat[7], haec verba proferebat: *Sellam submovete, per manus conamini abducere, quoniam per huius sancti interventum mihi quodlibet sentio adesse[8] remedium.* Tunc unius baiuli sustentamine pacto quo potuit gressum nitens, domum rediit et lecto se locavit. In proxima nocte sequenti tam acri compressa est membrorum dolore necnon et eorundem fragore, ut nihil aliud quam animae exitum astantes sperarent. Deinde postera die baculo innitens quaeque domus per loca vix progrediens per aliquantum temporis intervallum integerrimam adepta est sospitatem. Ipsi gloria, qui per sanctos suos operatur miracula.

17. Ipsa die quidam eiusdem familiae caecus, alius ducatu allatus, confestim, candela altari imposita, visum exoptatum recepit ac alacris domum repedavit.

18. Dein[1] evoluto anni[2] curriculo, sollemnitate saepius[3] memorati in eadem civitate cuidam mulieri telam ordienti, quo texuerat, liciatorium tam fortiter manui[4] est involutum, ut non sine maxima vi posset evelli. Qua commonitione[5] minime correcta, dum adhuc operi

— [2] interventionibus *L.* — [3] ceruleum *L.* — [4] (d. c. s.) dum splendorem *L.* — [5] quantum *add. L.* — [6] vecta tali *L.* — [7] portabat *L.* — [8] esse *L.*

18 — [1] deinde *H.* — [2] annorum *H.* — [3] ipsius *L.* — [4] manu *H.* — [5] comminitioni *L.*

instaret, stolida[6] manus curvedine contabuit, qua ex tota corporis parte tam inutilis mansit, ut omni vitali calore resoluto, veluti corpore videretur exuta. Quo dolore perculsa ad ecclesiam sancti memorabilis pervenit humilis, quaerens auxilia sibi.

— [6] solida *L.*

XIX. VITA ET TRANSLATIO S. AURELII EPISCOPI ARMENI

Cf. supra, p. 80.

Quae de hoc S. Aurelio variis locis tradita sunt, et valde dubiae fidei esse, et documentis historicis fide dignis vix non omnino repugnare cum bene perspexisset Papebrochius noster (1), ea tamen utcumque explicare et omnia " conciliare „ conatus est vir egregius (2). Quod quam infeliciter ipsi successerit, recte ostendit Adolfus Helmsdörfer (3); cuius sententiae adhaerebit, opinor, collega noster, cui ad d. 9 novembris Vita S. Aurelii in *Actis Sanctorum* illustranda obveniet. In praesentiarum autem satis nobis sit Vitas S. Aurelii, quae supersunt, paucis recensere.

I. Ceteris antiquitate praestare videtur ea, quam edituri sumus. Neque tamen valde antiqua est, et saec. XI ineunte vel summum saec. X videtur scripta.

II. Alterius hoc est initium : *Igitur beatus Aurelius nobilibus et religiosis parentibus in provincia Armeniae natus, postquam domi deliciosis blandimentis, ut infantilis exigit aetas, est educatus...* Ultimum vero caput, in quo sancti translatio narrata est, edidit G. Waitz (4) ex codice olim Zwifaltensi, iam Stuttgartensi Bibl. fol. 58, saec. XI exeuntis (5). Legitur eadem in magno legendario Treverensi (6), ex quo apographum saec. XVII desumptum inter maiorum nostrorum schedas adhuc servatur in codice Bruxellensi bibl. reg. 8936-38. Sed, ut in eodem codice Bruxellensi videre est, reppererant Vitam illam decessores nostri in quodam codice olim Bodecensis coenobii, iam bibliothecae regiae Monasteriensis num. 23 (in Catalogo, num. 214, IV); ex quo prologum exscripserant, qui in codicibus Stuttgartensi et Treverensi deest. Qui cum dignus visus esset, qui typis ederetur, petentibus nobis illum cum codice Monasteriensi, qui saec. XV exaratus est, perhumaniter contulit vir doctissimus Heinricus Finke, cui gratias, ut debemus, ex animo referimus.

(1) *Act. SS.*, Mai t. VI, p. 41, num. 10-12. — (2) *Ibid.*, p. 41-42, num. 13-14. — (3) *Forschungen zur Geschichte des Abtes Wilhelm von Hirschau* (1874), p. 110-113. — (4) In *Archivo* Pertzii, t. XI, p. 271. — (5) Cf. Helmsdörfer, *op. cit.*, p. 112, not. 3. — (6) De hoc Legendario cf. Br. Krusch in *Neues Archiv*, t. XVIII, p. 618-28.

Prologus in Vitam sancti Aurelii episcopi, cuius festum est XVIII° kalendas octobris. * fol. 83r.

Fratri dilectissimo et in divinarum scripturarum [interpretatione [1]] acutissimo abbati Willihelmo vermis et non homo Eberesbergensis Wilram ad omnia fraterne iussionis munia libentissimam conivenciam. Scio, frater et dilectissime domine, quia sapienciam tuam, quam in divinis melodiis et computi [2] subtilitate sine ficcione didicisti, absque invidencia communicas et ideo, ut sapientem decet, alios in sue artis professione tibi non impares existimas. Unde et a me ydiota, qui tantum casus et tempora in divinis libris pro utilitate legencium studeo emendare, quasi a doctissimo scriba vis impetrare, ut nenias meas, quas [3] in Cantica canticorum lusi, emendatas debeam transmittere, et Vitam sancti Aurelii a finibus terre caliginosa fama compertam [4] et parvissimo breviloquio comprehensam in modum libelli extendere. Sapienti quidem possibile iudico multas ambages verborum producere, veluti de parvissimo argenti vel auri pondere longas et latas lamminas cudere; indocto vero non dico omnino impossibile, sed valde difficile. Sed quod impossibile est arti, possibile est caritati. Precipienti ergo tibi, quem medullitus diligo, libens parebo, et ad cudendam sacre historiae materiam, non quidem doctam, sed tamen promptam dexteram scripturus ad*hibebo. * fol. 83v.

[1] *Supplevi; deest verbum illud vel aliud simile.* — [2] *cod.* compti'. — [3] *cod.* quasi.— [4] *cod.* comptam.

Haec sunt ergo Acta a celebri abbate Ebersbergensi Willirammo composita et Wilhelmo Hirsaugiensi abbati (1069-1091) dicata, de quibus meminerat Papebrochius (1). De adulescentia sancti, de qua Vitae prioris auctor nihil se comperisse fatetur (cap. 1), quaedam profert Willirammus, quae ceteroqui de quolibet pio iuvene dici poterant. In universum autem multo prolixior est ipsius narratio, ut non negare velim Vitam I eam esse, quam in modum libelli extendisse se fatetur abbas Ebersbergensis (2). Certe in multis, etsi non in omnibus, bene inter se conveniunt duo opuscula. Sed hac de re alias.

III. Willirammi opusculum legit Trithemius et contractum Annalibus suis Hirsaugiensibus inseruit (3). Quamvis autem scribat se ita veterem huius sancti historiam percurrisse, ut verborum quidem plurimum, sententiarum vero aut nihil aut parum immutaret (4), quaedam tamen incaute mutavit, ut cum v. g. Aurelium in Germania natum commentus est.

(1) *Act. SS.*, t. c., p. 41. num. 9. Papebrochii verba male se intellexisse ostendit Helmsdörfer, quando scribit: " Die *Act. SS.* sprechen von Viten des h. Aurel von „ Williram von Ebersberg und Wilhelm von Hirschau „. — (2) Non tamen ea dici potest *parvissimo breviloquio comprehensa*, etiamsi cum Willirammi libello comparatur. — (3) *Annales Hirsaugienses* (1690), t. I, p. 7-10. — (4) *Ibid.*, p. 8.

Vita S. Aurelii episcopi[1]

1. Igitur beatus Aurelius provincia Armeniae ortus atque nutritus fuit. Nam nutrimenta adulescentiae illius, quae ad tam felicem calcem pervenerunt, optima fore indubitanter credimus. Quae quia memoriae nostrae aliquo scripturae indicio inserta non fuerant, silentio praeterimus, ea tantum modo recolentes, quae de episcopatus ipsius apice vel de contentione, quam contra perversissimam sectam arrianae haereseos illum egisse cum reliquis, qui tunc temporis praeliatores Christi invicti noscuntur, experti sumus, nec eiusdem sancti viri gesta ceterorumque eodem in tempore pro Christi fide acta certamina ad purum digerere possumus, nisi eiusdem haereseos aliqua indicia sagacitati lectoris enodare tentemus, ideoque de eiusdem haereseos initio, necnon de ferventissima ipsius persecutione memoriae mandare curabimus.

2. Temporibus itaque Constantini christianissimi imperatoris presbyter quidam Alexandriae exstitit Arrius nomine, qui prava quaedam de Christi fide proferre, quae nunquam antea in quaestionem venerant, coepit; abscidere scilicet ac separare ab illa aeterna et ineffabili deitatis substantia vel natura Filium conabatur. Quae res in ecclesia plurimos conturbabat. Sed cum Alexander eiusdem urbis episcopus plurimis admonitionibus a pravo incepto illum cuperet revocare, et res ei nullo modo ex sententia cederet, plurimosque etiam ab illo corruptos non solum ibidem, verum etiam per alias urbes comperisset, perniciosum fore credens, si dissimularet a talibus plurimis et sacerdotibus rem indicare, dumque quaestio latius innotescit[1], sermo usque ad aures religiosi principis pervenit. Tunc ille ex sententia sacerdotum apud urbem Nicaeam[2] episcopale concilium convocat, ibi Arrium[3], trecentis decem et octo episcopis residentibus, adesse iubet, ac de eius propositionibus quaestionibusque[4] iudicari. Cumque diutino tractatu assertiones eius discuterentur et, quid adversus illas[5] teneri deberet aut statui, summa cum libratione quaereretur, post assiduum creberrimumque tractatum, placet omnibus[6] ac velut uno cunctorum ore et corde decernitur omousion[7] scribi debere, id est eiusdem cum Patre substantiae Filium confiteri, id firmissima omnium sententia roboratur. Defertur sacerdotalis concilii sententia ad Constantinum. Ille tanquam a Deo prolatam veneratur. Cui si qui tentassent obniti, in exsilium protinus se protestatur acturum. Sex ergo tantummodo cum Arrio se patiuntur expelli; sicque usque ad exitum vitae paene Constantini fides catholica inconcussa permansit.

[1] Eodem die A. ep. *H; lemma om. L.*

2. — [1] innotesceret *M.* — [2] Nixam *H.L.* — [3] (i. A.) *om. L.* — [4] que *add. man. post. in L.* — [5] *om. L.* — [6] *add. sup. lin. L.* — [7] omoysion *L.M.*

Postea vero diabolicis fraudibus surripientibus, per quendam presbyterum partibus Arrii faventem eadem haeresis acriter pullulare coepit. Quod quia longum est in tam brevi opusculo replicari, omittimus atque ad id, propter quod rationem ipsam enarrare coepimus, redire conamur. Si quis tamen de hoc plenius nosse desiderat, decimum ecclesiasticae historiae librum percurrere satagat.

3. Igitur post excessum Constantini Augusti cum filiis ipsius rerum summam[1] tradiderunt[2], secta turpissima, quam[3] supra nominavimus, semine vipereo quasi de inferis caput extollens, faciem ecclesiae foeda colluvione maculavit. Cumque post multa, quae replicari perlongum est, Arrius de exsilio revocatus apud Constantinopolim turpissima morte spiritum exhalaret, nihilominus iniqua cottidie convalescente[4] secta, multi sanctorum exsilio trusi sunt. Quo tempore etiam Liberius papa urbis Romae, quamvis mature iussu principum revocatus, tamen exsilio est traditus. Et quia idem vir apostolicus, Deo propitio, in fidei firmitate stabilissimo[5] constitit fundamento, sententiam, quam Petro apostolo Christus promiserat, in illo credimus roboratam: *Ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut[6] triticum. Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.*

4. Ea igitur[1] tempestate, qua diabolicus turbo tam foeda contagione maculavit ecclesiam, iussu principum etiam occidentales episcopi ad consensionem Arrianae haereseos fatigari coeperunt atque propter hoc apud Mediolanum episcoporum concilium congregatur, pluresque eadem perfidia decepti sunt. Dionysius, Eusebius, Paulinus, Rhodanus et[1] Lucifer, dolum esse in negotio proclamantes, in exsilium trusi sunt. His etiam iunctus est Hilarius. E quibus Dionysius Mediolanensis episcopus nimiis admodum fatigatus iniuriis, lictorum demum manibus traditus, in provinciam Armeniam est deductus, ibique in civitate quadam, quae Reditio nuncupatur, relegatus est. Contigit vero ad magnam Christi gloriam eodem in tempore beatum Aurelium episcopatus officio eandem ecclesiam strenue gubernasse (1), quo beatum Dionysium ob defensionem catholicae fidei firmiter consistentem vis fervida propriis e sedibus iussu pepulit principum finibusque Armeniae provinciae civibus oppidi praefati relegatum copulavit.

3. — [1] summa *M.* — [2] tradider/nt *H;* tradidet *L;* traderetur *M.* — [3] quod *L;* ui *add. L sup. lin.* — [4] invalescente *L.* — [5] stabilissima *H.* — [6] quasi *L.M.*
4. — [1] *om. L.*

(1) Sedis nomen valde incertum est. Cf. *Act. SS.*, Mai t. VI, num. 11; Le Quien, *Oriens christianus*, t. I, p. 451.

5. Denique ubi[1] felicissimus sacerdos Christi[2] Aurelius adventum Dei famuli illuc[3] adventantis audivit, mox ad illum gratia visitandi summa alacritate properavit. Cumque se invicem athletae Christi dulcissimis vitae colloquiis salutare coepissent, inter amplexus mutuos prae gaudio fletum continere nequiverunt. Erat enim idem vir Aurelius scientia divinarum scripturarum ita integerrime, Christi concedente gratia, repletus, scutoque fidei christianae galeaque spei tam forti tectus munimine, ut nullum omnino aditum[4] lupis insidiantibus Christique ovile praedare cupientibus praeberet accessum, quamvis tunc vel maxima Arrianorum ferveret insana crudelitas. Sed nihil in sancto viro praevaluit perversi dogmatis fortitudo, quia fidem, quam sancti patres catholici in religiosissimo sanxerunt concilio Nicaeno, inviolabilem purissimo conservabat in pectore, omnesque[5], quos repperit sanae doctrinae ullo modo contrarios exsistere, assertione veritatis firmissima auctoritateque eloquiorum divinorum utriusque testamenti paginis sumpta plenissima ratione vel vincere studuit; poenam[6] nihilominus gehennae atrocissimam secuturam in tam[7] prava obstinatione persistentibus crudeli comminatione promiserat. O mira atque ineffabilis dispensatio[8] supernae pietatis, quae ad convincendam superandamque pravitatem perversorum unanimem semper in fide et dilectione concordiam connectit mentibus electorum. Tali namque tamque[3] inenodabili vinculo caritatis sacerdotes Christi beatissimus Aurelius atque Dionysius in amore copulati sunt Salvatoris, ut in Dei laudibus hymnisque caelestibus diebus noctibusque infatigabili cursu persistentes, Christum in eorum pectoribus habitare[9] habitaculumque illos Spiritus sancti exstitisse nullus fidelium dubitaret.

6. Iamque adeo fama virtutis beatorum praesulum enituit, ut in virtute domini nostri Iesu Christi plurimis infirmis variisque detentis languoribus medelam pristinae conferrent sanitatis. Et quicumque sacri corporis sanguinisque Christi illorum manibus consecrati communicatores exstiterant, omni deinceps, quam pridem sibimet inesse sentiebant, infirmitate carebant. Denique tam miris tamque praeclaris per aliquanta annorum curricula fulsere miraculis, ut omnes circumquaque provinciae concurrere festinarent atque in laudibus Salvatoris plurimorum ora prorumperent, quia tam perfectos tamque mirificos medicinae caelestis artifices Armeniae provinciae destinasset.

7. Fertur inter cetera id temporis a servis Christi peracta miracula conventio quaedam inter commilitones Christi fore mirifica, quatinus

5. — [1] vir *L ante corr.* — [2] Dei *L.* — [3] *om. L.* — [4] de *add. L.* — [5] que *om. M.* — [6] plenam *H ante corr., L.* — [7] (in t.) vitam *L.* — [8] dispositio *L.* — [9] facerent *add. al. man. in H.*

ubicumque, divina disponente providentia, spiritum caelo praemitterent[1], illic etiam illorum corpora pariter terra contegeret, ut, quorum corda in superno amore indivisibili caritate iugiter flagrabant, eorum etiam ossa mortua nullo modo secernerentur in tumulo. Contigit vero inter haec, irruente languore, beatum Dionysium obitum suum per spiritum appropinquare sentisse finemque cursus sui atque certaminis fuisse completum; quod felicissimum et[2] sacerdotem non celat. At beatus Aurelius tali se sentiens solacio caruisse, ingenti maerore luctuque perculsus, rivis lacrimarum ubertim faciem irrigasse perhibetur. Beatus vero Dionysius, non immemor pristinae sedis, civiumque, propter quos tanta pertulerat, recordatus, petiit a beatissimo viro Aurelio quatenus, si fieri potuisset, corpusculum Mediolani sepulturae traderetur. Beatus vero Aurelius petitioni eius nihil obiciebat, excepto quod tempus exspectabat opportunum, quando absque ullo maris periculo tam pretiosum thesaurum partibus[3] Italiae reportaret.

8. Interim vero dum prosperum eventum itineris praestolatur, annis aliquantis intercurrentibus, tam magna tamque mirifica per servum suum Aurelium Christus ostendere dignatus est, ut die noctuque populorum concurrentium suosque[1] aegros vel daemoniis obsessos deferentium turba confluere nullo modo cessaret. Nam quia medicinam caelestis solacii tam in corporum valitudine quam etiam in recuperatione mentium in viro sanctissimo omnes undique adventantes agnoverant, quasi ad sinum matris parvuli, ita ad illum cottidie concurrere populi caterva festinabat. Sed vir Deo plenus, quamvis tam sanctis occupationibus indesinenter obstrictus exsisteret[2], tamen petitionem sanctissimi consacerdotis sui oblivioni nullo modo tradebat. Nam tandem, superna dispositione moderante, aptum tempus itineris explorans, data nautis mercede, quam illi naulum nuncupant, sacroque corpusculo linteis involuto navique imposito, cursu[3] prosperrimo, Christo duce, aequore peragrato, litus attigit italicum, atque exinde calle rectissimo pervenit Mediolanum. Quo audito, cives urbis illius cum ingenti gaudio occurrere festinarunt, laudum praeconia referentes, quod proprio non fuissent privati patrono, sumptoque beatissimi sacerdotis corpusculo, summa cum reverentia sarcophagum collocarunt.

9. Quo tempore beatus Ambrosius, defuncto Auxentio haereticorum episcopo, pontificatus[1] officio functus eandem strenue gubernabat ecclesiam. Cumque beatissimus sacerdos Christi Aurelius post commendationem beati Dionysii ad patriam reverti voluisset, supra memoratus pontifex beatus Ambrosius non praebebat assensum;

7. — [1] premittente *L.* — [2] *eras. in H.* — [3] *add. sup. lin. L.*
8. — [1] que *om. L, eras in H.* — [2] obsisteret *L.* — [3] que *add. L.*
9. — [1] episcopatus *L.*

quin potius, ut erat vir disertissimus omnique scientiarum flore adornatus, blandis monitis suavibusque colloquiis, ut secum remaneret, exhortabatur. *Ne nos*, inquit, *frater, deseras neque derelinquas. In promptu est enim ut perficias quod dudum spoponderas, ut qui inter tot adversariorum discrimina dogmatum varietatemque diversorum schismatum unam eandemque inconcussam fidei catholicae regulam*[2] *pari sensu servavimus, pariter etiam, quoad usque Christus iusserit, vitae caelestis praeconia perennisque regni melle dulciora mutuo conserere*[3] *in laude Creatoris festinemus eloquia.* At felicissimus confessor Christi Aurelius, admonitionem beatissimi Ambrosii quasi Christi ore prolatam ardenter amplectens, parvum quod supererat[4] spatium huius instabilis vitae hymnis Dei laudibusque continuis diebus noctibusque caelo praemissis, orationes creberrimas[5] cum beato transegit Ambrosio.

10. Mira Dei omnipotentis dispensatione atque ineffabili providentia rerum contigit eventus, ut, quod sancti Dei praesules de suorum commendatione corporum finibus Armeniae commanentes olim condixerant, hoc ex improviso partibus Italiae compleretur. Nam eodem, quo illuc venerat, anni cursus circuitu revoluto, cum anniversarius depositionis dies sancti confessoris Christi Dionysii immineret, eodem ipso die dormitio atque ad regnum perpetuum evocatio sancti Aurelii contingebat. Tunc omnis ambiguitas circummanentium abscissa est omnisque credulitas roborata, ut nullatenus illorum dubitarent iungi corpuscula, quorum Christus ad suum regnum et gloriam animas uno eodemque in tempore convocare dignatus est. Uno igitur aggere unoque gremio telluris, duobus tamen mausoleis, sanctorum confessorum Christi corpora cum ingenti gloria condebantur. O meritum sublime sanctorum, quos ita Christi gratia coronavit, qui pari fide fruerentur, communique in saeculo atque infatigabili se invicem caritate foverent, parili[1] etiam in caelesti sede coniuncti gaudio, perenni perfruantur angelorum consortio, omnibus integra fide poscentibus per eorum patrocinia hactenus largiuntur beneficia, praestante domino nostro Iesu Christo[2].

Translatio eiusdem

11. Neque hoc de sancto Aurelio reticendum puto, quod de translatione corporis ipsius temporibus Ludewici[1] christianissimi impera-

— [2] gloriam *L.* — [3] conferre *L*; vel conserere *L sup. lin.* — [4] superest *L.* — [5] orationibus creberrimis *L.M.*

10. — [1] pariter *L.* — [2] qui cum aet. Patre et Sp. s. vivit et regnat in saec. saec. Amen. *add. L.M.*

11. — [1] Luduwici *H.*

toris agnovimus (1). Quidam enim Vercellensis episcopus Notingus nomine ab archiepiscopo Mediolanensi corpus sancti Aurelii magnis precibus impetravit atque ad suum episcopatum Vercellis[2] primitus convexit[3]. Et quia idem praefatus episcopus partibus Germaniae ducatu Alamanniae non ignobili stirpe ortus atque nutritus est, in quodam secessu cuiusdam saltus territorii sui amoenissimum locum explorans, dignissimum habitaculum tantoque mansore capacem studuit praeparare mansionem. Cum consensu igitur praedicti imperatoris christianissimi populi zelo fidei Christique amore perculsi et partibus Germaniae conglobati, una cum praefato episcopo Vercellis devenerunt, ibique sanctissimi confessoris Aurelii sumpto corpusculo feretro imposito, magno psallentium choro iuga Alpium pervolarunt laetissimoque cursu ad praefatum locum finibus Germaniae cum ingenti gaudio detulerunt. Depositio vero beati Aurelii, qua terram terrae reddidit spiritumque coetibus angelicis copulavit, evenit xviii kal. octobris (2).

— [2] *om. L.* — [3] vexit *L.*

XX. DE PASSIONE S. MINIATIS

A DROGONE CONSCRIPTA.

Cf. supra, p. 87.

Cum ista Passio illi decessori nostro incognita manserit, qui de S. Miniate in *Actis Sanctorum* olim commentarium edidit (3), haud abs re visum est paucis, quaenam illa sit, aperire. Hoc est nempe opus Drogonis, abbatis coenobii Sancti Miniatis, qui iussu Hildebrandi episcopi Florentini ineunte saec. XI vetustiorem Passionem *insulso antiquitus sermone contextam* retractavit seu, ut ipse loquitur, lautius composuit. Deest quidem in codicibus nostris austriacis, sicut ceteroqui in aliis tantum non omnibus, praefatio seu epistula, quae hactenus in solo codice Florentino, Laur. de Nemore 13, saec. XI, reperta est (4), et qua auctoris nomen edocemur; verum cetera eadem utrimque sunt.

(1) De hac narratione vid. Helmsdörfer, *op. cit.*, p. 106 sqq. Cf. etiam G. Bossert, *Die Vorgeschichte des Klosters Hirschau*, in Blaetter für Württembergische Kirchengeschichte, 1889; quem non vidi. — (2) Hac die recensetur memoria : *Alibi sancti Aurelii episcopi* in breviario Augiensi martyrologii hieronymiani. Cf. *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [120]; Sept. t. IV, p. 142. — (3) Oct. t. XI, p. 415-32. — (4) Cf. R. Davidsohn, *Forschungen zur älteren Geschichte Florenz* (1896), p. 36.

Qua autem occasione antiquior historia a Drogone retractata sit, — quod praefatio illa non tradit, — id loco quodam, qui paulo ante finem libelli legitur, comperimus. Postquam nempe Miniatis cruciatus et necem narravit Drogo, ita pergit, Hildebrandum mox alloquens : *Depositum est autem praefati beati Miniatis corpus digna, ut eo tempore licuit, christianorum veneratione* VIII *kalendas novembris. Nec solum tunc temporis Florentiae passum, nec solum in praedicto credimus monte depositum, sed cum multis aliis martyrio coronatum terraeque, sociis adiunctis, commendatum. Licet enim is, quem ego secutus martyris passionem utcumque scribendo complevi, nil de sociis dixerit, tuae tamen, reverendissime pater, sanctitati divina visibiliter hos clementia intuendos concessit, quos ille litterarum compositione, nescio cur, tacuit.* Cum videlicet S. Miniatis basilicam rursum aedificare statuisset episcopus Hildebrandus, sanctique reliquias honestiore in loco collocandas de terra levaret, plurima repperit corpora, quae aliorum sanctorum esse credidit, qui cum S. Miniate martyrium fecissent. Illos autem martyres, qui in ceteris Miniatis Passionibus minime commemorati sunt, antea prorsus ignotos fuisse, ut confessus est Drogo, ita aperte testatur ipse Hildebrandus episcopus in charta an. 1018 data (1) : *Inchoato igitur*, ita ille, *diu desiderato opere, pretiosissimas gemmas auditu tantum antea ex parte cognitas, plenius quam audieramus visibiliter in praefata conditas ecclesia, non tam, ut decuit, invenimus, corpus videlicet venerabile B. Miniatis martyris plurimorumque eadem martyrii palma coronatorum.* Crediderim proinde aequo severiorem fuisse v. d. R. Davidsohn, cum hos novos martyres fraude pia conflictos esse affirmavit et Drogonem veluti falsarium notavit (2). Erravit quidem Hildebrandus, neque ulli videntur exstitisse Miniatis in passione socii (3); verum tum ipsius, tum Drogonis candida verba suadent potius pium episcopum imprudenter, non vero fraudulenter, errorem in vulgus sparsisse.

Quicquid est, haec sacrorum corporum inventio causa fuisse videtur, cur optaverit Hildebrandus ut antiquior Passio, quae cultioribus lectoribus displicebat, politiore stilo quasi renovaretur. Illud autem Drogonis opusculum, quod non in solis austriacis codicibus, sed et in aliis bene multis legitur, typis edendum non censuimus. Nam si dempseris tum praefationem, tum locum superius exscriptum, in quo de sociis S. Miniatis breviter meminit auctor, nihil prorsus in illius libello traditur, quod non in aliqua ex ceteris Passionibus Miniatis narratum sit (4). Insu-

(1) Apud Ughelli, *Italia sacra*, ed. Coleti, t. III, col. 47. — (2) R. Davidsohn, *Geschichte von Florenz*, t. I (1896), p. 33; Id., *Forschungen*, pp. 34. 36. — (3) Cf. etiam *Act. SS.*, Oct. t. XI, p. 417, num. 7. — (4) Ceteris antiquior est, ut videtur, ea quam primus edidit I. Lami, *Sanctae ecclesiae Florentinae monumenta*, t. III (1758), p. XLI-III, et quae inde a socio nostro B. Bossue repetita est in *Act. SS.*, t. c., p. 428-30. Alteram, quae prioris epitome quaedam est, " mutato stilo " protulit Surius ad d. 25 octobris; non multum tamen mutavit, cum ipsis verbis hoc martyrium Surianum invenire sit in vetustis codicibus, v. g. in Bruxellensi 206, saec. XIII. Tertia passio legitur apud Lami, t. c., p. XLIII-IV. Alias recentiores easque etiam breviores omitto.

per, quod maius est, non solum ipsa Passio magnam partem, diversis licet in libris, edita est (1), verum typis etiam excusa est integrae Passionis versio italica, saec. XV accurate confecta (2).

XXI. VITA S. FLORINI

Cf. supra, p. 90.

Habebamus iam Vitam quandam S. Florini, quae primum ex codice Bruxellensi 206, saec. XIII (3), tum etiam haud diu post ex codice Visbadensi 20, saec. XV (4), typis est edita. Cum qua non solum in toto narrationis tenore, sed aliquando etiam ipsis verbis convenit Vita, quam in Legendario austriaco repperimus; brevior tamen fere est. Iamvero utrum, quod equidem crediderim, Vita haec nostra antiquior sit, quam nempe fusius explicaverit alterius Vitae auctor, an nostra alterius sit epitome, non omnino constat, idque ei inquirendum relinquimus, qui data opera ad d. 17 novembris in *Actis Sanctorum* de S. Florino scripturus est.

Libellum contulimus cum apographo, quod inter maiorum nostrorum schedas repperimus in codice Bruxellensi bibl. reg. 8946 (= G); in quo exstat eadem Vita anno 1689 submissa ex monasterio Sanctae Mariae Garstensi, desumpta nempe, ut ibidem notatum est, ex vetusto manuscripto codice membraneo (5) et collata.

Vitam in capitula ita divisimus, ut singula responderent singulis capitulis alterius Vitae, de qua supra.

Vita sancti Florini confessoris.

1. Beati Florini confessoris Christi, cuius hodie gloriosa natalicia celebramus, laudes et praeconia tacere non debemus. Huius itaque genitor oriundus ex Britannia regione, quae est sita inter montana

(1) Praefatio nempe, prima et ultima Passionis verba edita sunt ap. Bandini, *Bibliotheca Leopoldina Laurentiana*, t. I, col. 573-74. Praefationem et praeterea ex medio libello aliquantam partem protulit Giov. F. Berti, *Cenni storico-artistici per servire di guida ed illustrazione di S. Miniato al Monte* (Firenze, 1850), p. 167-171. Pauca quaedam insuper suppleta sunt tam ab R. Davidsohn, *Forschungen*, p. 36, tum a nobis supra. — (2) Ed. apud Lami, t. c., p. xliv-il. Deest praefatio seu epistula Drogonis ad Hildebrandum. In fine autem post sollemnem clausulam addita est saec. XV paragraphus (Poiche la chiesa di Dio...) quae in exemplaribus latinis non legitur. — (3) In nostro *Catal. Brux.*, t. I (1886), p. 122-27. — (4) A v. d. F.-W.-E. Roth, apud Vollmöller, *Romanische Forschungen*, t. VI (1891), p. 475-81. — (5) Hunc suspicor esse codicem saec. XIII exaratum, qui olim Garstensis coenobii fuit, hodie vero in bibliotheca Lycaei Linciensis asservatur. Cf. *Archivum* Pertzii, t. X, p. 611.

Retiae Curiensis provinciae, urbem Romam orandi gratia disposuit invisere. Genetrix vero eius, natione iudaica procreata et in Christi nomine baptizata, nutu divino in eodem itinere[1] illi est consociata[2], post reditum vero matrimonio copulata. Post haec venientes in vallem, quae Venusta dicitur (1), ibique locum desertum adeuntes, construxerunt habitaculum atque ibidem, Deo largiente, genuerunt filium, quem nominaverunt Florinum.

2. Cumque bonae indolis puer crescens proficeret, parentes[1] eius in loco Heremusciae Domino illum obtulerunt eumque cuidam religioso presbytero, nomine Alexandro, in ecclesia Sancti Petri apostoli Deo famulanti commendaverunt et sacris litteris imbui rogaverunt. Dedit autem Dominus eidem puero gratiam discendi atque de virtute in virtutem proficiendi. Cernens itaque Alexander presbyter beatum Florinum diversarum incremento virtutum de die in diem proficere, coepit eum nimio amore et honore diligere, non dubitans omnia bona sua illius procurationi committere. Dominus vero dedit servo suo Florino tantae ubertatis prosperitatem in omnibus quibus ipse praefuit, sive in horreo, sive in cellario, sive[2] in ceteris possessionibus, ut de his nequaquam aliquid per usum videretur[3] minui, sed potius augeri[4] et[4] multiplicari. Sed si hoc alicui incredibile videtur, sequenti miraculo verum esse cognoscitur.

3. Castrum quippe haud procul a villa situm erat, quod Canicias appellant, in quo incolae loci illius propter metum paganorum facultates suas recondebant. A quo castro beatus Florinus magistro suo in usus cottidianos vinum et cetera, quae victui necessaria erant, deferre consueverat. Quadam itaque die cum in eodem castro flasconem vino impleret, domumque rediret, mulier quaedam paupercula nomine Maximiana illi obviavit, eumque marito suo aegrotanti modicum vini mittere postulavit. At ille, ut erat benignissimus, misertus pauperculae illius, vinum totum, quod in flascone fuit, vasculo suo infudit; atque ut eundem flasconem iterum vino repleret, ad castrum denuo repedavit. Sed quia actibus bonorum semper adversantur facta malorum, eiusdem castri portarius, nomine Ursus, suusque condiscipulus[1] invidiae odio repleti, portam clauserunt eumque minime intrare permiserunt. Alter enim eorum portam obseravit, alter vero ad Alexandrum presbyterum festinus cucurrrit et rem gestam invidiose nuntiavit. Beatus ergo Florinus videns sibi castri illius negari introitum, coepit anxiari quid ageret; sed confisus in Domino flasco-

1. — [1] munere *G.* — [2] sociata *G.*
2. — [1] que *add. M.* — [2] sicut *G.* — [3] videatur *G.* — [4] *om. G.*
3. — [1] discipulus *M.*

(1) Venusta Vallis, *Vinschgau* (*Tirol*).

nem aqua implevit[2] et ad dominum suum devotissime orans remeavit.

4. Sed Deus omnipotens, qui numquam obliviscitur fidelium suorum, quique merita compensat singulorum, dignatus est[1] signo admirabili clarificare famulum suum. Mox enim ut accessit, Alexander presbyter iussit[1] sibi[1] mensam praeparare, non tamen simpliciter, sed quasi vinum non haberet. Confestim quoque iussit sibi poculum propinari. At ille, more solito prius[2] accepta benedictione, poculum sibi ad bibendum[3] porrexit. Sed Alexandro existimante quod sibi aquam simpliciter porrigeret, per merita sancti Florini gloriosa lymphae natura in vini saporem est mutata. Cumque presbyter vinum gustando stupens id quod factum fuerat miraretur, continuo ex accubitu suo prosiliit, pedibus eius advolutus humiliter eum petiit, ut, sicut prius inferior eo fuerat, sic iam eo superior esset, et quasi praelatus et magister sibi imperaret, ipse vero velut iunior seu discipulus eius magisterio in[1] omnibus[1] obtemperaret. Sed vir Dei per omnia se indignum vociferans, deinceps oeconomos[4] esse renuit seque a ministerio sibi credito subtraxit.

5. His ita gestis, Alexandro presbytero una cum civibus imperante[1], beatus Florinus presbyter est ordinatus. Post haec, paucis diebus transactis, Alexander presbyter defungitur eiusque ecclesiae regendae sanctus Florinus praeficitur. Ubi Domino et sanctis eius fideliter deserviens, sancti Spiritus revelatione didicerat quicquid sibi ante vel post obitum suum futurum fuerat.

6. Cumque diem vocationis suae appropinquare praenosceret, altercationis[1] futurae praescius, homines, quos adhuc vivendo nutrierat, etiam moriendo deserere nolebat. Maluit enim in eodem loco corporaliter ultimum futuri[2] examinis diem praestolari, quam ad locum nativitatis suae, a quo illuc venerat, reportari. Et idcirco de sepultura sua illos praemonuit, quos solaminis sui participes esse voluit. Praeveniens itaque parentum adventum suorum, praecepit incolis Heremusciae, ut suae praemonitionis non immemores post obitum suum in sepulcro suo duos sarcophagos reponerent, atque ut in altero eorum corpus suum reconderent, in altero vero ferro colligato casulam suam reponerent ipsumque priori superponerent. Haec[3] vir Dei praecipiens subiunxit dicens: *Scio equidem quia post discessum meum venient parentes mei et vicini a loco nativitatis meae, qui me cupient hinc transferre. Quibus advenientibus et vobiscum pro corporis mei gleba litigan-*

— [2] replevit *G.*
4. — [1] *om. G.* — [2] petita *M.* — [3] (ad b.) adhibendum *G.* — [4] economus *G.*
5. — [1] impetrante *M.*
6. — [1] alterationis *M.* — [2] futurum *M.* — [3] ut *add. M.*

tibus, antequam ad necis internecionem veniatur, opportune cedite locumque sepulturae meae indemnes illis ostendite.

7. Igitur paucis interpositis diebus, Florinus beatus xv kal. decembris defungitur atque eo modo, quo iusserat, sepelitur. Quo audito, parentes et vicini eius, sicut adhuc vivens praedixerat, ad sepulcrum eius convenerunt [1], volentes corpus eius inde [2] transferre. Sed incolae loci illius nec corpus illius voluerunt dare, nec locum sepulturae ostendere.

8. Unde et continuo in utroque [1] populo magna oritur altercatio; et cum iam ad hoc perventum fuisset, ut se [2] armis invicem cruentare voluissent, homines loci illius, memores praemonitionis sancti Florini, sepulcrum eius litigantibus ostenderunt. Quod illi aperientes [3] et arcam illam superiorem cernentes, gavisi sunt gaudio magno, et putantes in ea sancti viri corpus collocatum fuisse, levant eam cum ingenti laetitia et ovantes redeunt in sua. Beati ergo Florini corpus in eodem loco remanserat, in quo sepultum fuerat, sicut et ipse antea [4] disposuerat. Transactis autem multis annis, sepulcrum sancti Florini ab incolis loci illius penitus traditur oblivioni.

9. Sed cum Deus omnipotens hoc diutius latere noluisset, cuidam presbytero religioso, nomine Saturnino, eiusdem ecclesiae procuratori, beatus Florinus per visionem apparuit, locumque sepulturae suae illi ostendens praecepit ei ut corpus suum inde tolleret et in ecclesia post altare sancti Petri reponeret. Cumque [1] vero idem presbyter hoc praeceptum neglegeret, apparuit ei sanctus Florinus secundo, terribiliter eum [2] corripiens, cur iussa sua parvipenderet, promittens quoque [3] sibi praemia, si eadem compleret. Sed cum Saturninus presbyter secundae iussioni adhuc inoboediens exsisteret, sanctus Florinus tertio illi apparuit eumque pro eo quod eius mandata non implevit, duriter increpavit, atque illi manu sua alapam dedit, qua et faciem suam oculumque ipsius tumentem reddidit. Post tertiam itaque visionem seu iussionem stupefactus Saturninus sacerdos convocavit vicinos et praestantiores pagi illius, narransque illis universa quae viderat et audierat, ostendit eis [4] faciem oculumque tumentem. At illi sagaci consilio de hac causa tractantes, triduanum pariter duxerunt ieiunium, supplicantes divinae clementiae, ut, si haec visio a sancto viro [5] foret an ex fantastica illusione, evidentius dignaretur revelare. Cumque, triduanis letaniis terminatis, ecclesiam introissent omnesque unanimi devotione ibidem vigilando et orando pernoctarent, solus Saturninus sacerdos, ceteris vigilantibus, subito obdormivit. Cui

7. — [1] convenere *G.* — [2] etiam *G.*
8. — [1] (in u.) mutuoque *G.* — [2] *om. M.* — [3] cernentes *G.* — [4] ante *M.*
9. — [1] que *om. G.* — [2] illum *G.* — [3] *om. G.* — [4] illis *G.* — [5] *om. M.*

beatus Florinus astitit dicens : *Nunc optime fecistis, quia ieiunando, vigilando et orando misericordiam Salvatoris implorastis. Quapropter quod tertio praecepi tibi, sine mora implere properate.* Expergefactus itaque Saturninus presbyter, quod[6] sacra revelatione cognovit, ceteris nuntiavit. At illi eadem revelatione laetificati, confestim ad sepulcrum beati viri cum omni reverentia et devotione, cum lampadibus quoque et turibulis, accesserunt. Effodientes vero corpus eius integrum et incorruptum invenerunt, capillos quoque barbamque crevisse mirantes et exsultantes viderunt.

10. Unde et omnes communi consilio decreverunt corpus sanctissimum lavari, barbam radi, capillos quoque tonderi, et ut maiorem reverentiam sacrosancto corpori exhiberent, liquore vini, si adesset, haec peragi sanxerunt. Tunc Saturninus presbyter dixit eis: *Vasculum vino plenum habeo in castello nostro.* Sed quia vis algoris hiemalis idem vinum in glaciem solidam obduraverat, haurire illud nemo valebat. Sed cum praedicti homines de beati Florini sanctitate adhuc haesitassent, cupiebant et hoc modo virtutum eius magnitudinem approbare, dicentes : *Si vir iste amicus Dei omnipotentis est, sicut olim eius orationum obtentu Dominus aquam mutavit in vinum, ita et nunc per ipsius interventum in priorem statum reducat vinum congelatum.* His dictis, miserunt quendam diaconum, nomine Passivum, ad castellum, in quo vinum erat positum; qui cum vellet de vase vinum congelatum emittere, ita nutu Dei repperit liquefactum et contra naturam suam fervidum, quasi vas ipsum igne fuisset succensum. Unde Deo gratias agens, assumpto vino, ad ecclesiam revertitur[1] et a cunctis se exspectantibus gaudenter excipitur. Denique viri religiosi lavantes optato liquore corpus sacratissimum[2], capillos totonderunt ac barbam raserunt, atque his reverentissime peractis, omnis clerus ac populus cum hymnis et laudibus sancti viri corpus post altare sancti Petri, sicut ipse praeceperat, honorifice sepelierunt. In quo loco per merita eius gloriosa innumera a Domino signorum facta sunt miracula. Ipse enim adhuc vivens virtute Christi prodigia multa patravit; nam et aquam in vinum mutavit, et bona didascali[3] sui procurationi suae commissa incredibili incremento ampliavit. In fine quoque vitae suae discipulis et civibus suis, quid erga se post obitum suum futurum esset[4], ex divina revelatione praenuntiavit[5]. Postquam vero de hoc saeculo est assumptus atque sanctorum angelorum coetibus associatus, plurimis est virtutibus a Domino glorificatus. Cum enim corpus eius vino, sicut superius dictum est, ablueretur, eiusdem vini defluxio in flasconem suscipitur et super tumbam sancti viri suspenditur. Ex

— [6] quae *G.*
10. — [1] revertit *G.* — [2] sanctissimum *G.* — [3] didasculi *G.* — [4] et *add. G.* — [5] pronuntiavit *G.*

quo liquore caeci delibuti confestim sunt illuminati; multi febrium ardore cruciati optato refrigerio sunt consolati; hydropici ab aquosis umoribus sunt liberati; paralytici praedicto vino perfusi pristinae sanitati sunt restituti; leprosi mundati, claudi sunt sanati et alii quoque[6] quam plurimi diversis infirmitatibus debilitati, sacro liquore rigati, divina sunt misericordia laetificati.

Le corps de S. Walfroy fut inhumé sur la montagne qu'il avait sanctifiée par ses austérités et qui porte encore aujourdhui son nom. C'est de là qu'il fut transféré en 979 par Egbert, archevêque de Trèves, dans l'antique castrum d'Ivoix, près de l'emplacement où s'élève la ville moderne de Carignan. Eberwin, abbé de Saint-Martin de Trèves, a inséré le récit de cette translation dans sa biographie de S. Magnéric (1).

L'église où, d'après la tradition locale, les reliques furent déposées, était déjà détruite au XIIe siècle (2). Quant aux reliques elles-mêmes, chose étrange, il n'en est plus fait mention dans aucun document. « Depuis cette translation (par Egbert) et les fréquents ravages de la » ville d'Ivoix, on ne sait ce qu'elles sont devenues », écrivait en 1742 le jésuite J. Bertholet (3). Foppens, quelques années plus tard, s'exprimait à peu près de la même façon : *Hodie nullae supersunt Ivodii reliquiae S. Wulfilaici* (4). Le P. Guillaume Wiltheim, dans ses notes sur le récit d'Eberwin, constate le même fait, et émet l'idée que la châsse du saint, si elle n'a pas été détruite durant les guerres des derniers siècles, a pu être dérobée et transportée ailleurs (5). Le Propre actuel du diocèse de Reims porte que les reliques ont péri lors du sac effroyable de Carignan, en 1639 (6). D'après le Propre antérieur, au contraire, c'est seulement à l'époque de la Révolution française que les ossements du saint auraient été perdus (7). En somme, tout renseigne-

(1) Bollandistes, *Acta SS.*, au 25 juillet, t. VI, p. 190. — (2) Notice locale fournie par l'abbé Dumay à P. Guérin, et insérée par celui-ci dans ses *Vies des Saints*, 7e édit., t. XII, p. 505. — (3) *Histoire du Luxembourg*, t. II, p. 70. — (4) *Diplomatum belgicorum nova collectio* (Bruxellis 1748), t. IV, p. 404. — (5) *Hodie Ivodii de S. Vulfilaico nihil reperitur; sacrum feretrum vel absconditum alicubi adhuc latet, vel incendiis et vastationibus nuperorum Francicorum bellorum periit aut alio distractum est* (*Compte-rendu des séances de la commission royale d'histoire*, Bruxelles, 1844, t. VII, p. 341. Cf. *Acta SS.*, Octob. t. IX, p. 41, A). — (6) *Quae pretiosa pignora... periere in excidio huius ecclesiae anno millesimo sexcentesimo trigesimo nono* (Pars autumn., p. 70). — (7) Notice de Dumay, *loc. cit.*

ment positif fait défaut, et l'on est réduit à des conjectures plus ou moins plausibles pour expliquer la disparition de ce pieux trésor. Des fouilles pratiquées en 1826 dans l'église de Carignan n'ont abouti à aucun résultat ; un os maxillaire, conservé chez les Lazaristes sur la montagne même de Saint-Walfroy, n'a pu, faute de preuves authentiques, être exposé à la vénération des fidèles (1).

Depuis de longs siècles, on vénère à Rue, petite ville du Ponthieu dans le département de la Somme entre Abbeville et Montreuil, un S. Wulphy en l'honneur duquel deux églises paroissiales s'élevaient jadis dans l'endroit ; l'une d'elles, détruite en 1826, datait, dit-on, du XII[e] siècle. Les reliques de ce S. Wulphy, conservées d'abord, paraît-il, sur le territoire de la ville de Rue, furent transférées à Montreuil à une époque incertaine, et déposées dans l'abbaye bénédictine de Saint-Sauve. Elles s'y trouvaient déjà en 1433, époque où elles furent transférées dans une nouvelle châsse. Le culte du saint était dès lors répandu dans toute la contrée, depuis Rue jusqu'à Boulogne et Térouanne ; à Montreuil, on avait érigé sous son vocable une église déjà mentionnée dans deux bulles, d'Innocent II (27 mars 1143. Jaffé, 8353) et d'Anastase IV (24 avril 1154. Jaffé, 9871), et qui fut dans la suite desservie par les Carmes. Deux siècles plus tard, en 1634, les habitants de Rue exprimèrent à l'évêque d'Amiens, François Le Fèvre de Caumartin, leur désir de posséder quelques reliques de S. Wulphy, dont le corps, disaient-ils, avait été par eux déposé à Montreuil lors des guerres du XV[e] siècle, afin de le mettre en sûreté. Les démarches faites par le prélat pour les satisfaire faillirent lui coûter la vie : il ne fallut rien moins que l'intervention du roi et de l'assemblée du clergé de France pour réduire les gens de Montreuil à la raison (2). Sauvées par des mains pieuses à l'époque de la Révolution, les reliques de S. Wulphy reposent encore aujourd'hui dans l'église de Saint-Sauve.

Plus d'un lecteur se demandera sans doute ce que S. Wulphy de Rue peut avoir de commun avec le S. Walfroy de l'Ardenne ?

Le nom d'abord, en dépit de toutes les apparences contraires.

La forme primitive du nom de S. Walfroy, telle qu'on la trouve dans Grégoire de Tours, est bien Vulfilaicus, appellation dont le français Wulphy se rapproche pour le moins autant, sinon plus, que Walfroy. Mais les deux *i* qui entrent dans la composition de ce nom n'ont pas tardé à subir des altérations. Parmi les manuscrits de Grégoire colla-

(1) *Vie de S. Walfroy*, par l'abbé L. Paulot (Balan-Sedan, 1893), p. 22. — (2) Voir sur tout ceci les Bollandistes, t. II de juin, p. 29 suiv. et t. XIII d'oct., p. 4-5. Corblet, *Hagiographie du diocèse d'Amiens*, t. IV, p. 96-106 et t. V, p. 73. Paul Guérin, *Vies des Saints*, t. VI, p. 513. *Gallia christiana*, t. XIV, col. 138, a et la récente brochure d'Aug. Braquehay, *Le Culte de saint Wulphy à Montreuil-sur-mer* (Montreuil, 1896).

tionnés par Arndt, l'un donne au génitif la forme *Vulfelaici*, un autre au datif *Vulfolaico*, un troisième au génitif *Vulfilacci* (1). Ces affaiblissements successifs de l'*i* ont finalement abouti à la forme VULFLAGIUS qui, plus ou moins altérée elle-même, domine dans les chartes du XIII[e] siècle (2). Les documents dans lesquels elle figure font partie du Cartulaire de l'abbaye cistercienne d'Orval. Voici les principaux, d'après l'édition publiée à Bruxelles en 1879 par le P. Hippolyte Goffinet :

CCXL (an. 1240) p. 268 : *patronatum ecclesiae Sancti Vufflagii ... praedictam ecclesiam Sancti Vufflagii.*

CCXLI (an. 1241) p. 269 : *ecclesiam Sancti Vulflagii.*

CCXCIII (an. 1250) p. 317 : *in ecclesia sanctorum Martini et Wulfflagii ... aedificia quae habebat apud Sanctum Wulfflagium.*

CCXCIV (an. 1250) p. 318 : *domum suam de Sancto Wulfflagio ... in ecclesia sanctorum Martini et Wulfflagii.*

CCCLV (an. 1260) p. 377 : *ius patronatus ecclesiae Sancti Wlfagii.*

DXXV (an. 1292) p. 557 : *ecclesiam Sancti Wlflagii cum suis appenditiis.*

DXXVI (an. 1292) p. 558 suiv. *in ecclesia Sancti Wlflagii ... praedicta ecclesia Sancti Wlflagii ... dictam ecclesiam Sancti Wlflagii.*

DXXVII (an. 1292) p. 560 : *curatum ecclesiae de Sancto Wlflagio.*

Ainsi, nul doute que la forme VULFLAGIUS n'ait été couramment usitée au XIII[e] siècle pour désigner le saint stylite de l'Ardenne.

Or, c'est précisément aussi la forme latine du nom de S. Wulphy de Rue dans les documents que nous possédons à son sujet.

Nous avons d'abord les bulles pontificales du XII[e] siècle mentionnées plus haut, où il est question de l'*altare Sancti Vulflagii*; puis, l'inscription trouvée avec les ossements du saint lors de la translation faite en 1435 : HIC CONTINETUR CORPUS SANCTI VULFLAGII CONFESSORIS (3). A partir de là, nous n'avons à enregister que des variantes insignifiantes, analogues à celles des actes relatifs à S. Walfroy : *Vulfagius*, *Vulflagius* (martyrologe de Saint-Riquier, 7 juin, 1[er] oct.) (4), *Wlflagius*, *Wlphlagius* (relation des faits qui se passèrent à Montreuil en 1633-34), *Wulphagius* (*Gall. christ.*, t. XIV, col. 138 a).

Cette identité de noms est dans le cas présent un fait assurément remarquable. Le nom dont Grégoire de Tours a fait *Vulfilaicus*, et la postérité *Vulflagius*, n'était autre à l'origine que *Vulfila*, le nom du

(1) *Mon. Germ. hist.*, Script. rer. merov. t. I, pp. 324, 333. — (2) Une autre forme, *Walfragius*, provenant de la facilité qu'ont les populations de la région à mettre indistinctement l'*r* pour l'*l* et réciproquement dans certains mots, a donné en français Walfroy. Elle figure, entre autres, dans deux chartes d'Orval de 1237 et 1292 (GOFFINET, pp. 252 et 557). — (3) Voir le procès-verbal dans les Bollandistes, t. XIII d'octobre, p. 5, A. — (4) Bollandistes, dernière édition, t. VI de juin, pp. LII, 290 et 515.

célèbre évêque des Goths du IV[e] siècle (1); il constitue en pays gaulois une anomalie qui s'explique par l'origine lombarde du personnage qui l'a porté. Par quel étrange phénomène ce même nom exotique se trouve-t-il être également celui d'un saint des environs de Montreuil? La coïncidence de deux Lombards émigrés au nord de la Gaule et parvenus aux honneurs de la sainteté serait déjà un fait assez curieux. Ce qui ne le serait pas moins, c'est que de part et d'autre on eût fini par transformer exactement de la même façon le nom primitif de Vulfila.

Ne serait-il pas possible que le S. Vulflagius de Rue fût en réalité le même personnage que son homonyme du pays ardennais?

Une première raison de le soupçonner, constatation faite de l'identité des noms, est celle-ci. On ne sait rien, en Ardenne, des reliques de S. Walfroy à dater de leur translation à Ivoix vers le déclin du X[e] siècle; les premiers vestiges du culte d'un S. Wulphy dans la région du Ponthieu ne remontent qu'au XII[e] siècle, époque où nous y voyons une église au moins bâtie en son honneur. Il est vrai que certains écrivains modernes (2) ont voulu mettre celui-ci en rapport avec S. Riquier, l'apôtre monastique de la contrée au VII[e] siècle; mais sa légende elle-même, quoique moderne elle aussi et remplie de contes à dormir debout, ne dit pas un mot de ces prétendues relations. Et puis, comment expliquer que l'historien Hariulf n'insère pas même le nom de S. Wulphy dans son *Chronicon Centulense,* lui qui mentionne, à propos du fondateur de son abbaye, des personnages beaucoup plus obscurs, tels que S. Frichor, S. Chaidoc, S. Mauguille, etc.?

Or, entre le XII[e] et la fin du X[e] siècle, il s'est passé un fait qui a pu avoir quelque influence sur la destinée des reliques de S. Walfroy.

En 1086, la forteresse bâtie à Stenay par Godefroid de Bouillon était assiégée par les troupes de Thierry, évêque de Verdun. Après une première attaque dont l'issue demeura incertaine, le duc, dit Laurent de Liège dans ses *Gesta episcoporum Virdunensium* (3), dépêcha de rapides messagers et chargea ses frères Eustache et Baudouin de lever des troupes de tous côtés, en France comme en Germanie, pour lui prêter secours. Un si grand déploiement de forces effraya l'évêque Thierry, qui renonça à continuer le siège et fit la paix avec son puissant ennemi.

Le récit de cet épisode suggère les deux réflexions suivantes :

D'abord Godefroid et ses deux frères appartenaient, comme chacun sait, à la famille des comtes de Boulogne; Eustache lui-même hérita de

(1) Bolland., t. IX d'octobre, p. 3, D. — (2) Guérin, *Vies des Saints,* t. VI, p. 510 suiv. — (3) *Mon. Germ. hist.,* Script. t. X, p. 494 : *Ipse quoque dux in Sathanaco sui iuris oppido castrum firmavit prominens in finibus episcopii, per quod in nostros graves inimicitias exercebat... Missisque inde cursoribus velocissimis, a tota Germania et Francia per fratres suos Eustachium et Balduinum cogebat exercitum sibi in auxilium. Quos ubi pontifex super se irruere certissimo nuntio accepit,* etc.

ce titre, à la mort de son père Eustache II. Il est naturel de supposer qu'ils ont d'abord opéré le recrutement de 1086 dans leur domaine patrimonial et dans la région limitrophe. Par conséquent, la présence dans leur armée de quelques hommes de guerre originaires du Ponthieu n'aurait rien de surprenant.

En second lieu, l'ancienne place forte d'Ivoix n'est qu'à quelques kilomètres de Stenay; on ne peut guère douter qu'elle n'ait reçu la visite plus ou moins pacifique des troupes auxiliaires amenées par Eustache et Baudouin à la défense de leur frère. Dans de telles conjonctures, le transfert en Ponthieu de la châsse renfermant les reliques de S. Walfroy s'expliquerait sans grande difficulté. Ce ne serait qu'un exemple de plus à ajouter à tant de pieux larcins dont l'histoire religieuse de cette époque est remplie.

Reste à voir si les traditions locales relatives à S. Wulphy favorisent ou non son identification avec S. Walfroy.

Voici en quelques mots la légende du premier :

Né à Rue même, vers la fin du VI[e] siècle, il reçut assez jeune les quatre ordres mineurs. Tout en portant la soutane et la tonsure et en remplissant à l'église son pieux ministère, il ne laissa pas de contracter mariage, et mit au monde trois filles belles comme le jour. Cependant, le curé de Rue vient à trépasser; le populaire, d'une voix unanime, exige que Wulphy lui soit donné comme successeur, et celui-ci doit s'engager à ne plus voir dans sa femme qu'une sœur. Mais, ô faiblesse de l'humaine nature! un jour il s'oublie avec elle; et, pour se punir de sa faute, il se condamne lui-même à faire le pèlerinage de Terre-Sainte. De retour à Rue, il résiste à tous les efforts de ses anciens paroissiens qui veulent l'obliger à reprendre ses fonctions de curé, et s'installe dans un ermitage à quelque distance de la ville, pour s'exercer aux effroyables austérités de la vie d'anachorète. C'est là qu'il termine ses jours, après avoir par son exemple porté ses trois filles à émettre le vœu de chasteté perpétuelle. Tout cela, inutile de le dire, entremêlé de maints détails plus merveilleux les uns que les autres.

A travers ce récit relativement moderne et sans la moindre autorité, on entrevoit pourtant quelques traits qui rappellent l'histoire de S. Walfroy. Ainsi, les deux personnages sont dits avoir exercé le ministère pastoral, ils ont été pèlerins l'un et l'autre, ils ont tous les deux mené un certain temps la vie d'anachorète et pratiqué d'étonnantes mortifications. C'est là peut-être tout ce que les ravisseurs des reliques de S. Walfroy, gens peu clercs apparemment, auraient retenu et importé chez eux de la tradition ardennaise relative au saint. On aurait par la suite imaginé l'étrange histoire de la chute comme motif du pèlerinage et du genre de vie si pénible auxquels se soumit le héros de ce petit roman.

Il est cependant trois particularités qui demandent à être examinées brièvement, comme pouvant être opposées à l'identification des deux saints : la donnée d'après laquelle S. Wulphy aurait vécu et serait mort au territoire de Rue, la dignité de prêtre qu'on lui attribue, enfin ses jours de fêtes, qui diffèrent de ceux de S. Walfroy.

La prétention qu'ont les gens de Rue de présenter S. Wulphy comme leur compatriote se concevrait, même dans le cas où ils auraient reçu ses reliques d'ailleurs. Le même fait s'est reproduit fréquemment en semblable occurrence. Ainsi, les reliques de S. Floxel ayant été transférées au X[e] siècle à Beaune, dans le diocèse d'Autun, les Bourguignons ne tardèrent pas à faire de ce jeune martyr un Autunois, et aujourd'hui encore leur prétention se trouve consignée au Martyrologe romain (17 septembre), bien qu'il soit depuis longtemps hors de doute que le corps du saint fut apporté de la région du Cotentin (1). Tout près de nous, à Fosses, dans le diocèse de Namur, les missionnaires irlandais qui ont établi là un de leurs centres d'évangélisation au VII[e] siècle, n'ont pas manqué d'y introduire le culte de leur S[te] Brigitte. Ce culte est encore florissant aujourd'hui ; mais, chose curieuse, les Fossois prétendent vénérer une Brigitte de l'endroit même, différente de la vierge d'Irlande. Il serait facile de multiplier les exemples. Qu'il suffise de citer, relativement au cas présent, l'aveu d'un historien local, E. Prarond : « Rien ne prouve bien que S. Vulphy soit né à Rue comme on » l'a dit (2) ».

Pour ce qui est de la dignité sacerdotale du saint vénéré à Rue, il y a peut-être moyen de la concilier avec ce que nous savons, ou du moins avec ce qu'on a cru, au sujet de S. Walfroy. Celui-ci n'était que diacre, à l'époque où il reçut la visite de Grégoire de Tours. Mais, d'après une tradition toujours vivace au diocèse de Reims et dont il est impossible de préciser l'origine, le saint stylite, après avoir dû abandonner sa colonne sur l'ordre des évêques, n'aurait pas cessé de s'intéresser activement à l'évangélisation de la contrée environnante : il serait devenu comme le « doyen de chrétienté » de toute la région d'Ivoix, et comme tel, aurait été élevé à la prêtrise (3). Que cette croyance soit fondée ou

(1) Voir l'*Étude historique et critique sur... saint Flocel*, par l'abbé Ph. Voillery. Dijon, 1886. — (2) Prarond (E.), *Notices historiques, topographiques et archéologiques sur l'arrondissement d'Abbeville* (1856), t. II, p. 113. M. l'abbé H. Sacquépée, curé-doyen de Rue, a bien voulu me transmettre d'intéressants détails sur l'état actuel du culte de S. Wulphy. — (3) Un religieux du siècle dernier, D. Delahaut (1702-1774), né à Ivoix, s'exprime ainsi dans ses *Annales civiles et religieuses d'Yvois-Carignan :* « La Vie de S. Magnéric, archevêque de Trèves, et les légendes » de ce diocèse nous apprennent que la ville d'Yvois, en particulier, a de grandes » obligations à ce saint, et elles en apportent pour principale raison, que c'est à » ses soins que cette ville est redevable du haut point de vertu et de sainteté où » est parvenu Walfroy son doyen. *Quo nomine (pastoris) tum patria universa, tum*

non, peu importe : c'est assez de constater qu'elle existe, sans qu'on puisse dire au juste à quelle époque elle a pris naissance.

Venons-en à la question des fêtes. En dépit de la célébrité qu'aurait dû assurer à S. Walfroy le long et attachant récit de Grégoire de Tours, aucun martyrologe quelque peu ancien ne mentionne le jour de sa déposition. Jusqu'en 1711, on a férié le 7 juillet comme étant l'anniversaire de sa translation. A cette époque, la fête fut transférée au 21 octobre, qu'on regardait déjà auparavant comme le jour de sa mort (1). S. Wulphy a aussi sa fête marquée à deux dates différentes dans le martyrologe de Saint-Riquier cité plus haut et qu'on dit être du XIV[e] siècle : au 7 juin, jour auquel on le fête encore présentement, *In pago Pontivo, sancti Vulfagii presbyteri et confessoris;* au 1[er] octobre, *In pago Pontivo, natalis sancti Vulflagii presbiteri et confessoris*. Que ces deux dates soient ou non une reproduction inexacte du double anniversaire de S. Walfroy, je ne crois pas qu'on puisse rien en déduire pour ou contre l'identité.

En résumé :

On perd toute trace des reliques de S. Walfroy depuis leur translation à Ivoix vers la fin du X[e] siècle. Deux siècles plus tard, on constate à Montreuil et à Rue, dans le Ponthieu, le culte d'un S. Wulphy au sujet duquel on ne sait rien avant cette époque.

S. Walfroy et S. Wulphy portent le même nom en latin, *Vulflagius* : corruption d'un nom d'une physionomie absolument étrangère, et qui ne s'explique que par l'origine du personnage qui l'a porté.

Les traditions relatives aux deux saints n'offrent aucune particularité historiquement certaine qui rende impossible leur identité.

Enfin, la possibilité d'un transfert des reliques de S. Walfroy en Ponthieu se déduirait assez naturellement du fait que des troupes amenées par Eustache de Boulogne ont séjourné dans la région de Stenay, tout près d'Ivoix par conséquent, en l'année 1086.

„ *imprimis Evodium illi debet olim subditum, eiusque loci decanus Wolfilaicus ad* „ *omnem per eum pietatem et singularem beati Martini venerationem inflammatus*. „ L'ancienne oraison que les pèlerins qui vont à Saint-Walfroy ont coutume de „ réciter en son honneur, lui donne cette même qualité de Doyen... Walfroy était „ par conséquent prêtre „. Cette intéressante citation est due à l'obligeance de M. l'abbé L. Paulot, curé d'Herbeuval, auteur de la notice historique citée plus haut. — (1) L. Paulot, *Vie de S. Walfroy*, p. 23.

HAGIOGRAPHICA CARMELITANA

EX CODICE VATICANO LATINO 3813

Codex Vat. lat. 3813, foliorum 50, ad Carmelitani ordinis B. M. V. decus attinet. Est autem chartaceus, formae minoris (0m,202 × 0,141), lineis plenis una manu exaratus desinente saeculo XV, constatque quinque denorum foliorum quaternionibus. Ultima tria folia scriptura vacant; interiori autem folii 48 orae agglutinata est pagella quaedam, ubi haec de codicis fato sunt relata: Hic liber, cum esset ob vetustatem nulla tabula coopertus facileque posset discerpi, fuit nova tabula opertus et aliquantulum in partibus cartarum extremis renovatus. Anno 1601. *Infra manu novissima recensita sunt quae in volumine continentur; et ipsius codicis renovatum est ante hos 20 vel 30 annos tegumen.*

Non adeo difficile est definire quonam circiter tempore liber ille bibliothecae Vaticanae pluteos subierit. Cuius prima occurrit mentio in catalogo, quem quidam de familia Rainaldi confecerunt 6025 codicum manu scriptorum, sua iam tempestate acquisitorum. Exstat adhuc huius catalogi descriptio praevia, quam gallice " le brouillon, la minute originale „ vocamus, a Dominico vel Marino Rainaldi ab anno 1596 ad 1600 confecta (1); *nostrumque volumen ita designatum est in cod. Vat. 6949, fol. 282v:*

3813. Vitae Sanctorum Ordinis Carmelitarum, Angeli Hierosolymitani B. Enoch Patriarcha Hierosolymitano. et Alberti de Abbatibus de Monte Drepani. et Andreae de Corsinis episcopi Fesulani, etc. Incip.: Enoch servus Dei et Domini nostri fol. 1.

Ex pap. in tab. charta scripta. Ant. mod. [h. e. antiquus modernus] in-4°.

Porro in sinistro catalogi Rainaldini (Vat. 6949) margine inscribi solet numerus novus singulis codicibus affixus; in dextro autem numerus priscus, quo olim codices instructi sunt in indice qui sub cardinale Marcello Cervini erat factus (an. 1548-1555) et hodiedum in codd. Vaticanis 3967, 3968, 3969 adservatur. Iam vero, cum in designando

(1) Fr. Ehrle. *Zur Geschichte der Katalogisierung der Vatikana*, in Historisches Jahrbuch, t. XI (1890), p. 718-27.

codice Carmelitano, de quo agitur, dextrum latus numero vacet, satis liquet illum codicem fuisse in Vaticanos pluteos traductum post annum 1555. Adde in neutro indice Vaticano ullum alius libri manuscripti, qui ad rem hagiographicam Carmelitarum spectet, vestigium reperiri.

Codex autem Vatic. 3813 totus Carmelitanus est. Exscripta sunt nempe in eo :

1° Prohemium beati Enoch patriarce Yerosolimitani (f. 1-2).

2° Vita Scti Angeli Yerosolimitani martiris ordinis sce Marie de Monte Carmelli (f. 2-12).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 mai, t. II, p. 803-30, ex editione Gononi. Desinente prologo, legitur in cod. *Federigo* pro *Gederigo;* sed prima littera F ita scripta est ut facile potuerit tamquam G haberi. Pag. 830, n. 48, post *eius loci* omissa est vox *episcopi.*

Iam vero illa Vita S. Angeli, ut notat Gononus (*Act. SS.*, l. cit., p. 799, n. 5), " ex pervetusto quodam codice manuscripto nuper Romae quasi „ divinitus reperto bona fide fideliterque descripta et excerpta, anno „ Domini MDCI „ ; qui annus in memoriam revocat verba clausulae codici Vat. 3813 anno 1601 adiectae supra recitata. Addit Papebrochius: " Habet Ms. istud Appendiculum de Vita S. Simonis Stock, verbotenus „ transcriptum ex Viridario Ioannis Grossi „ ; quae iterum cum codice Vat. 3813 conveniunt. Ceterum Bzovius, qui ad annum MCCXIX, n. 19 et epitomen Vitae S. Angeli et subsequentem epistulam inseruit, ut fontem indicat codicem Vatic. bibl. signatum n. 3813. Unde satis liquet ex hoc codice editionem Gononianam paratam esse.

3° Visio beati Athanasii de Claromonte patriarce Allexandrini de reliquiis Scti Iohannis Baptistae (f. 12r-12v).

Ed. ibid., ex Gonono, p. 832. Add. in codice : *Haec vera ratio fuit sanctissimi Athanasii de Claromonte patriarce Alexandrini.*

4° De Sancto Simone Stock (f. 12v-13v).

Auctore Iohanne Grossio, ed. *Act. SS.*, ad d. 16 mai, t. III, p. 654, n. 3, sed ex quodam Francofurtensi exemplari. Variis lectionibus discrepat a textu cod. Vat. 3813. Exempli gratia, initio *Act. SS.: undecimus* = Vatic. *sestus decimus;* — *religiose et sancte rexit annis* = Vatic. *religiose et sancte quinquaginta rexit annis.* Utrimque praeterea omissa sunt quaedam, sed non eadem.

5° In vita Sci Alberti de Abbatibus ordinis Carmelitarum. Prohemium (f. 13v).

Inc. *Albertus dicitur ab alab quod est lactea vel dulcedo et ber.*

6° Vita Sci Alberti de Abbatibus (f. 14-27v).

Inc. *Fuit in diebus illustrissimi Ptri antiqui regis Cathaloniae...*

Des. *de cetero beato Alberto plurimum devota existens dum vixit.*

Subsequitur in codice sesqui pagina vacua, tamquam nova miracula ulterius receptura. Prologus innuit auctorem Vitae fuisse fratrem Carmelitam. Narratio autem miraculorum infra annum 1385 non protrahitur; et in penultimo miraculo, quod hoc anno patratum est, sic curriculum vitae illius qui sanatus est delibatur: *Effectus est frater huius ordinis et valde religiosus usque ad mortem.* Ita satis innotescit quo circiter tempore haec S. Alberti Vita conscripta sit, ineunte nimirum saeculo XV.

Ex hoc libello, et secundum recensionem huius codicis, a I. B. de Lezana, *Annales... Ordinis B. V. M. de Monte Carmeli*, t. IV (Romae 1656, fol.) ad litteram decerptae sunt plurimae particulae, videlicet p. 326, n. 10; p. 488-89, n. 4; p. 474-75, n. 3, 4; p. 468, n. 2; p. 475, n. 4; p. 481, n. 2; p. 482, n. 3; p. 519-20, n. 3; p. 648, n. 20; p. 689, nn. 10 et 11; cf. etiam p. 719, nn. 5 et 6. Ipsius libelli epitomen sermone magis castigato conscriptam exhibet Supplementum ad *Legendam auream* Coloniae an. 1483 editam, (sub titulo *Hystorie plurimorum sanctorum noviter et laboriose ex diversis libris in unum collecte)*, fol. ccccxxxii[d] — fol. ccccxxxvi[a]. Quod multo parcius miracula a B. Alberto post mortem patrata enarrat.

Porro si cum codice Vat. 3813 conferuntur aliae S. Alberti Vitae, quae prelo prodierunt, nullius negotii est agnoscere omnes ex hoc documento velut ex fonte suo primigenio manasse, inverso aliquando ordine, mutatis paucis et adiectis quibusdam, quae ad posteriora potissimum tempora videntur spectare, ita quidem ut modo unam, modo alteram propius ad typum accedere dixeris. Propius accedit 1) Vita a Vincentio Barbaro retractata, primum Panormi anno 1537 vulgata et exinde iterum ed. *Act. SS.*, ad d. 7 aug., t. II, p. 226-235, sed sistendo in n. 38, ad verba: *Fuerunt et id genus plura;* iam magis discrepat 2) Vita tradita per Theodoricum de Aquis et ed. apud Danielem a Virgine Maria, *Speculum Carmelitanum*, t. II, parte II, p. 631-642. Quae autem ex codice Vaticano Daniel a Virgine Maria in Vita Theodoriciana immiscuit, haec a Lezana, l. c., mutuatus est; maxime tandem recedit 3) Vita, auctore Io. M. de Poluciis (1), quam Surius, stilo perpolito, ad diem 7 augusti edidit; sed a Surio, ut ipse ad calcem notat, plura miracula brevitatis studio omissa sunt. Summa autem diversitas apud auctores occurrit in determinando tempore, quo Albertus obiit et quo singula patrata sunt miracula. Dubitari denique potest an ipse codex Vat. 3813 primigenium textum ad amussim repraesentet; ad hunc enim pertinere videntur paucae quaedam notitiae quas ceteri compilatores collegerunt et quae in Vaticano exemplari desunt. Integrum documentum infra edemus.

(1) De hoc libello *Bibliotheca Carmelitana*, t. II, col. 50, refert a Iohanne M. de Poluciis vulgatam esse " Vitam S. Alberti Drepanitani Carmelitae, Lib. I, Venetiis , 1499, in-8°. Extat apud L. Surium. Exstabat olim ms. apud Io. Balaeum. " Sed hoc volumen bibliographos editionum saec. XV latuit et frustra a nobis exquisitum est Venetiis, Romae et alibi.

7° Vita beati Andree de Corsinis de Florentia Ordinis Carmellitarum et episcopi Fesulani, edita a venerando viro magistro Petro Andree de Castaneo sacre theologie profexore eiusdem ordinis (f. 28v-47v).

Ed. Dominicus a Iesu, *Acta Canonizationis S. Andreae Corsini*, p. 177-224 (Parisiis, 1638); hinc iterum ed. *Act. SS.*, ad d. 30 ian., t. II, p. 1064-73. Editioni principi codex quidam Vaticanus praeivit, ut ipse editor Carmelita admonet, l. c., p. 225 : " Vetus codex in membrana scriptus, „ insignis bibliothecae Vaticanae hanc historiam nobis exhibuit....... „ Continet autem hic codex M. S. vitam trium heroum ordinis B. V. M. „ de Monte Carmelo, nempe B. Angeli Hierosolymitae et martyris, „ Alberti Siculi et confessoris, et B. Andreae Corsini, ut scriptor illius „ testatur his versibus quos in limine codicis affixit. „ Qui haec refert, ipsum codicem non vidit, sed eius transsumptum aliquod a quodam confratre accepit.

Iam vero ex his quae supra diximus, exploratum est nullum ante annum 1555 exstitisse in bibliotheca Vaticana codicem ms., qui has trium sanctorum Ordinis Carmelitani Vitas traderet. Codex autem, qui postea acquisitus est et sub num. 3813 collocatus, haec quidem documenta continet; sed neque membraneus est, neque indicem versibus conclusum initio exhibet, neque umquam habuit, quippe qui nullam in scriptura iniuriam temporis passus sit. Tenor autem Vitae B. Andreae Corsini a Dominico a Iesu vulgatae apprime convenit cum textu codicis Vaticani 3813. Quare iure concludere licet hance fuisse normam editionis principis. Forte coniecerit ipse Dominicus a Iesu codicem fuisse in membrana exaratum et qui ad eum triplicem vitam transumptam misit, aliquot versus proprio marte cusos tamquam praefatiunculam quampiam addiderit.

VITA S. ALBERTI CONFESSORIS

ORDINIS CARMELITARUM

In hac Vita edenda continuo respeximus ad excerpta a I. B. de Lezana vulgata (= **1**), tum ad epitomen anno 1483 editam (= **2**), tum ad Vitas scriptas a Vincentio Barbaro (= **3**), a Theoderico de Aquis (= **4**) et a Iohanne Maria de Poluciis (= **5**), de quibus supra. Ita constabit quantum singuli ex documento primigenio desumpserint. Quae autem ad illustranda Alberti gesta in *Actis Sanctorum* maiores nostri recte adnotaverunt, ea iteranda non duximus.

Lecto libello, ultro quisque fatebitur non iniuria rusticum auctoris sermonem a Vincentio Barbaro notatum esse.

* f. 13v. *In vita sancti Alberti de Abbatibus ordinis Carmelitarum prohemium.

1. Albertus dicitur ab alab, quod est lactea vel dulcedo, et ber (1), quod est fons, et thus quod est incensum, quasi dulcedo fontis vel dulcis fons et lacteum thus, ut sic merito nomen sequatur rei proprietatem, ut dicit philosophus sepe hoc accidere. Nam Albertus primo fuit dulcis fons per virtutem misericordie et evangelice predicationis; fuit lacteus per dulcedinem et albedinem puritatis; fuit thus per odorem devotionis, dum in nostro et Virginis Marie ordine Deo se obtulit; ut in primo ostendatur eius prerogativa pietatis, in secundo excellentia castitatis, in tertio eminentia sanctitatis (2); in sua denique vita principaliter tripartita, primo de singulari privilegio ordinis in sua (3) nativitate, secundo de exemplari exercitio religionis, tertio de particulari adiutorio admirationis.

* f. 14. *Vita sancti Alberti de Abbatibus.

2. Fuit in diebus illustrissimi Petri antiqui regis Cathalonie et Sicilie vir quidam in civitate Trapanensi nuncupatus nomine Benedictus, progenitus vero nobili stirpe Florentina (4) de Abbatibus. Hic uxorem duxit nomine Iohannam sibi consimilem prosapia, licet de monte Trapani castro (5) sic nominato duxerit originem. Hi laudabilem vitam coram Deo iugiter ducebant. Et cum diutius quasi tempore annorum XXVI maritales amplexus peragerent, natumque nullatenus habere eis contigerit, quin ymo sobole steriles prorsus remansere. Demum divino consilio pensato qualiter natum futurum eis baculum senectutis obtinere pertingerent, voce iubili, mente serena, confecta supplicum vota sanctissime Marie Virgini promictere non desistunt, quatenus, si ipsa cunctorum etherum regina prolem gratiosissime corde devoto poscentibus confestim concedere sua misericordia assueta dignaretur, et si optatum filium habere contigerit, ipsum ordini suo de Monte Carmelo servum perpetuo duraturum dedicare voverent. Sicque votivam promissionem ad invicem conferunt, quam singuli divisim prius composuerant, orationibus, ieiuniis ac elemosinis, demum dictis continue confirmant. Quibus non deficiens Dominus noster inde ad paucos dies voto peracto solepni videtur naturam sterilem ac defectam iam senili etate illorum mutasse. Nam dum

(1) *Her 1, 4.* Om. prologum *2.* — (2) Hactenus ad litteram *1;* hinc *4,* inverso duarum priorum phrasium ordine. Nihil *3* et *5.* — (3) *Sue* Vat. — (4) Haec origo Florentina a ceteris reticetur. — (5) Addunt *2* et *4* : *Qui mons est iuxta conventum Fratrum Ordinis beatae Dei genitricis Marie de Monte Carmeli, et vocatur conventus Drepanensis.* Simile quidpiam *5.*

quadam die dominica vir Benedictus Iohanne coniux quasi divinitus perlustratus pater futuri mundum illuminante figura stelle Dyanae consurgente aurora in sopni dulcedine cereum miro fulgore micantem de ventre (1) Iohanne pregnantis nondum sibi conscie emanare * prospexit. Illud idem Iohanna quasi semisoporis dulcedine rapta * f. 14v. percipere meruit. Cuius misterii visionem spergefacti seu evigilantes alter alteri vicissitudine detegere non neglexit.

3. Tunc Iohanna illico prona genibus curvatis animoque flexo altissimo Creatori sentiens se pregnantem devotissime commendavit. Dum nescit se sterilem fructum mundo proferre, quem insuper senectutis naturalis etas negasse videtur, et ita viro suo fructum gratiae et benedictionis a Domino iuxta promissionis vota suscepisse firmiter asserere non desistit, addens ipsa devota mater sponso suo : *Hic,* inquit, *filius magnus erit coram Domino suo, si visiones hactenus veritatem contineant.* Similia quoque Benedictus verba cum coniuge eructans clara voce, exultans iubilo, gratias egit redemptori altissimo, qui talem fecerat misericordiam cum servis suis. Adveniente ergo temporis plenitudine pariendi, peperit ipsa devota Iohanna filium suum primogenitum et quamdam filiam futuram sanctimonialem, de qua fiet aliqualis mentio in obitu huius sanctissimi patris (2). Quo nato ipsum forma sacri baptismatis insignivit et nomen Albertus eidem angelica admonitione adoptavit (3).

4. Crescit puer optime indolis unanimiter omnibus apparens, a singulis benedictionibus cotidianis benedicitur, ac liberalibus traditur artibus imbuendus. Spiritus sancti gratia roboratus, licteris laudabiliter eruditus adornatur, a parentibus seu actinentibus nimium preamatur, et omnibus fit placidus atque gratiosus, ita ut cum octavum actigisset annum a nobiliori * prosapia pater esset iugiter requisitus, * f. 15. quatenus ipsum filium traderet in sponsum, ut per eum dignitate regali demum pater fruatur. Tandem pater precibus compulsus genitrici sue hunc enarrare sermonem proposuit, credens utique in premissis matrem eidem patri velle annuere. Illa vero : *Miror,* inquit, *prudentiam tuam, quod de hoc mundo caduco et vento stipulam* (4) *agitanti consimilem requiras honorem. Num recordaris, an oblitus es Creatoris, qui tantam gratiam conferre dignatus est, interpellante pro nobis gloriosa Dei genitrice Maria? An peccatum inanis glorie seu vane fallacie cor tuum seduxit? Non expedit nobis reddere Deo eiusque genitrici Marie debitum sepius promissum? Nos ipsos obligavimus libere, nos ipsos liberare nequimus. Si ergo filius noster Albertus Deo est coniungendus in sacra religione, quomodo copulandus est vasi fragili*

(1) *Vente* Vat. — (2) (*Et quamdam - patris*) omittunt *1-5*. — (3) Nomen Alberti antea in Sicilia fuisse inauditum addunt ceteri. — (4) *Stipule* Vat.

et omni spurcitia habundanti, quin imo iniquitate fetida? Hec pater intelligens obstupuit, nec amplius de huiusmodi materia sermonem edixit.

5. Quadam vero die mater filium secrete advocans, omnia prelibata et de eius voti obligatione seriem retexit. Puer vero cum verborum sententiam devotissime observasset, sic humiliter affatur : *Ego,* inquit, *libertatem non habeo, sed sub iugo salubris regiminis constitutus. Quid igitur, mater mea, me facere iubes, an mundo servire et temporalia honorifice pertransire, aut Christum amare eidemque in sacra religione obsequium perpetuo exhibere libamen, ut in eternum valeam secum vivere? Nam sicque me obligastis.* Mater vero concite sic dicere conatur : *Fili amantissime, votivas obligationes abolere non studeo, sed*
* f. 15v. *iam toto corde supplico, quatenus* * *promissiones persolvamus, quoniam servire Deo regnare est.* Quo finito sermone, quasi dictis finem ponens, sic inquit : *Mater mea, faciam quod ortaris.* Cumque pater domum ingrederetur et discumberet, sic puer voce lucida internum propositum in medio parentum eructavit : *Nunquam,* inquit, *commedam, nec bibam, donec mihi benedixeritis.* Parentes vero pio affectu dixerunt : *Benedicat te Deus, fili, atque dirigat in semitis suis.* Et accepta benedictione, ab eis profugit, et abiit ad conventum Carmelitarum Trapani circa duo miliaria propinquum, eoque medium tenet iuxta terram Trapani et castrum quod mons Trapani nuncupatur (1). Priore accersito, insignia habitus sancte religionis affectanter postulat assumenda, sibi placet vivere cum fratribus, exortari anhelanter non desistit. Prior vero hos sermones cum audisset, admiratione digna recusavit, ipsumque patri destinavit, sua puerili etate considerata.

6. Sequenti nocte sopno gravi rapitur pater. Ecce mater Redemptoris pia eiusdem pueri patri apparuit, et ita increpatione fulcita comminando sic affatur : *Cur debitum non reddis, sed aliena retines? Nam filius tuus de carne natus est tibi, sed mihi perpetuo obligatus ad sacrificium libaminis. Si servum meum mihi non reddideris, morte turpissima cito morieris.* At ille nimio terrore percussus, evigilans, cuncta visionis seriatim coniugi illico enarravit. Et illa asserente concito perrexerunt, summoque diluculo ad conventum deveniunt. Priori et fratribus visionem terribilem retulerunt, ac filium promissum sponte tradiderunt, habitum sancte religionis suppliciter induendum.
* f. 16. Adveniente autem die * quo ingressurus esset cum habitu sacram religionem, congregantur universi nobiles videre huiusmodi specta-

(1) Haec non ita arte definiunt ceteri. Sic *3* : *cuius et opulentum et celebre non plus quam duo millia passuum Drepano distat, plus tamen ad radicem Erycis vergens* (n. 3). Nihil *2*.

culum devotionis et, ut moris est, habitum sanctum solepniter in Domino sumpsit. Vestes vero seculi non neglexit subito manibus propriis pauperibus erogare. Vitam quoque mirabilis sanctitatis indelate incohavit.

7. Diabolus autem serpentina nequitia cupiens servum Altissimi a sancto proposito revocare, ipsum qui initio sui novitiatus asperam paenitentiam cum amplexus fuisset et in oratione assidua persisteret, sub figura aggreditur mulieris inextimabilis pulcritudinis, ipsumque Dei servum pio vultu ingemiscendo alloquitur : *Heu mihi, quid faciam, tuo tanto amore capta, tuoque consortio derelicta? Credebam,* inquit, *tecum matrimonio copulari. Precor te igitur, noli me tam nobilem atque spetiosam deserere; sed ad seculum revertere. Non enim tibi licet hunc habitum receptum retinere. Ego amplexu ·florida ac multa renitens formositate, fulgenti prosapia genita atque bonis huius mundi, in quibus consistit tutior pars felicitatis humanae, habundo. Quid igitur in tanta miseria fateris perpetuo manere? Nonne tui comites cimices, pulices, sexcupedes et fetentes vermes erunt, si hanc caducam vitam duxeris et acerbam? Insuper profecto debolis nature prospiceris. Quare hoc grave pondus ferre nequieris. Ad quid ergo cepisti, quod perficere non poteris? Obsecro te itaque ac tota mente deposco, o iuvenis pulcherrime, quem pre ceteris diligo, ut ad domum propriam redeas ibique mecum connubia perficiens omnibus bonis meis perfruaris.* Tunc servus Dei diabolica subiestione percussus, sanctae crucis arma pro*tendens exclamavit : *Vade, Sathan, in locum penarum et me sine. Nec enim es veri hominis ymago, sed servorum Dei maledicta vorago.* Quo praecepto inito, nil visionis maligni oculis viri Dei extitit presentatum. * f. 16v.

8. Cum autem circulo temporis annus professionis clauderetur, vir Dei Albertus professione ligatur, quam mente fecerat potius ab ingressu primo sanctae religionis. O quam mirabile factum est. Eius intellectus divina sapientia intrinsecus fulgebat lucidius, nec non extrinsecus. Nam semper in supernorum contemplatione mirifice delectabatur, moribus floridus, aspectu et gestu mitissimus pollebat universis. Humaniter super omnes fit decorus atque benivolus. Quapropter infideles et perfidos Iudeos radiis sue predicationis in Domino lucidabat, cum ipsos sepe ad Christi fidem converterit. Castitate semper nituit, obbedientiam sanctam firmiter integreque servavit, paupertate spiritus in cunctis fulgebat, praecipue misericordia fruens, dum omnia Dei amore recepta fratribus pauperibus erogabat, etiam personalia largiendo. Et ut perfectius et regulariter ageret, diem naturalem primo in victum anime sic dividebat. In prima hora noctis orationibus vacabat usque ad tertiam eiusdem. Inde quiete aliquali percepta pavimento, corpus fragile domabat, ut ad posteriora fortius

perageret. Mactutinarum hora consurgit et Deum orationibus pulsans, verberibus acerrimis confectis lacrimas fundebat usque ad auroram consurgentem. Qua incipiens circa libamen et sacrificium satagebat usque ad horam tertiarum. Quibus peractis et aliquali sumpta refectione cum fratribus suis, ut alias agilius ad sequentia se paratum in
* f. 17. devotionis actu salubrius * reperiret, aliquid manibus corporaliter operabatur usque ad vesperas. Horis tunc canonicis dictis, ad pristinam penitentie mensam redundabat ex integro.

9. Otium fugiens semper aliquid boni operabatur, ut Sathan eum continue in bono proposito occupatum cerneret. In victu ac vestitu corporis eius vita asperitate nec non penitentie plena palam cunctis redditur in exemplis gloriosa. Numquam enim carnes commedens sed assintio mixto poculis assidue ieiunabat. Vinum purum fugiens semper linfari postulabat, ne eius delectatione posset aliquis luxurie seu gule captari lapsus. In vestitu autem taliter se habebat, nobili cilicio feriis secundis, quartis et sextis carnem domans, evigilans sive dormiens semper habitum presentabat. Lana grossa corpus operiens intrinsecus, vestes viles gestabat forinsecus, ne quid contra spiritum vestis delectamenti insurgeret pestis, scilicet superbie vel glorie inanis, sed potius exemplo humilitatis assiduo frueretur, qua non solum extrinsecus, verum etiam viscerosius habundabat (1).

10. Unde de eo legitur quod cum eius fama per totum ordinem sanctitatis nomine divulgata fuisset, generalis dicte sancte religionis sancto Alberto litteris testimonialibus mandat instanter debere officium provincialatus assumere. Quibus receptis, humilis pater dolet in honore esse promotus, sed gaudet positus in labore. Vadit ad Virginem ipsamque tota mentis devotione precatur, quatenus, si pro meliori foret, sibi manifestaret officium sumendum. Quem Virgo alloquens ait : *Noli dubitare, sed audacter litteras sume. Ego enim custos tui tecum semper ero.* Et sic per obbedientiam admonitionemque Virginis
* f. 17v. salutarem officium grave sumpsit. * Quod usque ad mortem tenens non voluntarie respectu honoris in cunctis circa omnes provide nec non iustissime se habuit amore magis quam timore ; unanimiter ab omnibus fuit amatus ut verus gregis Dei pastor bonus (2).

11. Simile exemplum insuper de eo legitur. Cum enim ad sacerdotii dignitatem invitus assumeretur, in hec habuit prorumpere verba : *Indigno mihi numquid incumbit tantum ministrare sacramentum populo, cum nec ad divini cultus honorem, scilicet religionis, me non sufficere penitus inspicio?* Sed superiori obbediens ordinatus in

(1) In referendo quae cap. 8 et 9 recitata sunt, ordinem paululum permiscent *2-5*, et pari quidem modo. — (2) Integrum cap. 10 omittitur in *2* et *5*; occurrit autem usque ad verba *semper ero* in *4*, n. 2197; exinde transportatus in *3*, p. 236, n. 2.

omnibus sacris Messana civitate per obbedientiam ordinatur (1). Ubi et alibi in vita pariter et post mortem non modica admiratione digna Deus per eum miracula est operatus. Quae post eius obitum singularia quedam clarius explicabimus.

12. Factum est (2) autem cum adpropinquasset ad decrepitam etatem et antea temporibus multis infirmitatibus aggravatus fuisset, in quibus Deum actentius deprecabatur, quatenus ad suum cenaculum advocare placeret, dicens: *Et si proprio filio tuo voluntatem suam adimplere non permisisti, sed tuam mandasti, ideo non mea sed tua voluntas fiat.* Dum sic orationis fervore et potius in extaxi astaret, audivisse cernitur: *Consortio sanctorum tua adiungetur anima, confessorum ordines gloriosos ascendes letabunda, sine fine Deo fruenda.* Tunc magis psalmodia sanctorumque patrum perlegebat oracula, divina misteria contemplans, ad Virginem votiva colloquutione delectatur. Cum igitur diem sue dissolutionis spiratione superna appropinquare cerneret, vir sanctus fratres advocat et exemplo sanctorum patrum eos mitissima voce alloquitur cum apostolo dicens: *Cupio dissolvi et esse cum Christo.* * Et prophetavit inquiens: * f. 18.
Die ista qua labili vita fungitur spiritus meus, a demonis ergastulo liberabitur, ut dirigatur ad dominum qui creavit illum. Simul et cum illo anima sororis mee hodie ab hac vita transmigrabit; cuius anima sit et mea vestris iustis precibus commendata.

13. Ecce miranda predicatio! Nunctio terreno non habito, predixit de morte sororis; quae fuit soror in corpore matris, fit consotia in separatione anime a corpore et in coniunctione ipsius ad Deum. Et sic repertum est, cum tamen essent distantes fere per dugenta et sexaginta (3) miliaria. Circa vero horam vespertinam dominicae diei, qua similiter natus fuerat (4), vir Dei cum genuflexione in medio fratrum Virginem in auxilium advocans sic oravit: *Maria, mater gratie, mater misericordie, tu me ab hoste protege. In hora mortis me suscipe.* Deinceps: *Deus, in nomine tuo salvum me fac et in virtute tua libera me* etc. Postea: *In te, Domine, speravi, non confundar in eternum* etc. Ambos perficiens (5) et alta voce finiens clamavit: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Et cum hec dixisset, orantibus fratribus, anima sancti viri quasi nebula candida uno volatu visa est scandere celum, angelicis spiritibus beatorum sociata, auditis clara voce cantantibus: *Iustum deduxit Dominus per viam rectam et ostendit*

(1) Sic quoque in ceteris. Sed dum cod. Vaticanus ilico mortem beati enarrare incipit, *2-5* sistunt in exponendis aliquot miraculis. — (2) Cap. 12-15, ad verbum, omissa tamen ultima phrasi, ed. *1;* proxime autem accedit *2, 4;* plus minusve *3, 5.* — (3) *Quinquaginta 3* (n. 19). — (4) (*Dominicae - fuerat*) om. *2, 3, 4, 5.* — (5) (*Cum genuflexione - perficiens*) haec paululum aliter exposuerunt *3, 4, 5,* constanti inter se modo; om. *2.*

ei regnum Dei (1). Ad cuius transitum campana, quam Messane fieri fecerat, se ipsa sonum magnum et prolixum cunctis civibus proprium tribuit. Tantus odor illico de corpore sancti viri emanavit, ut cunctos astantes mira suavitate repleverit. Quapropter omnes christicole nec non et Iudei admirative confluunt et ad fidem Christi convertuntur. * f. 18v. Sananturque pluri*mi diversis infirmitatibus. Habitus quoque eius et vestimentum devotionis causa rumpitur, cupiens quilibet partem illius sortiri, cum Deus meritis sancti viri per illa vestimenta ostenderet multa miracula. Inter cetera notandum sequens.

14. Quedam nobilis domina dicta de Palatiis nomine Venetia (2), nimio zelo ac devotionis amore de capite funeris almitium (3) seu bireptum subtulit. Quod custodiens et sepius imponens capitibus multorum, liberabantur a quacumque detinebantur oculorum infirmitate (4).

15. Federicus vero, rex Sicilie, Messane rediens, prelibati Petri Cathalonie regis filius, una cum comitibus suis pedester ad funus veniens, lacrimose de amissione tanti advocati atque patroni, omnibus miteratis (5) mandavit ut ad exequias sancti viri venire debeant concite; quae facte sunt ieiuniis, orationibus et elemosinis archiepiscopi praecepto cum missarum solempniis tribus diebus successive per omnes ecclesias Messane, ut Deus miracula in servo suo ostenderet sanativa, multorumque plurima nimium miratura visa fuerunt. Cum vero corpus in medio ecclesie existeret (6), officio misse disponerentur (7), lis oritur quaenam missa sit celebranda. Clerus asserit mortuorum, populus autem sanctorum confexorum, pro utraque parte rationibus adductis. Tandem inspiratione divina mandat archiepiscopus ut (8) omnes oratione devota ad Deum fore recurrendum, ut sua misericordia patefacere dignaretur ipsum, quem elegerat, quo honore vellet decorari. O mira res, orantibus universis, ecce duo pueri in albis, cruciati (9) stolis aureis, lucidissima claritate sociati, in tantum quod audiri poterant, videri autem claro aspectu nequa-
* f. 19. quam, consona voce ac tubali pariter dicentes: * *Os iusti meditabatur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium*. Et cum hec dississent, in momento disparuerunt. Tunc subito rex et archiepiscopus una cum aliis prelatis, viso tam ineffabili miraculo, decreverunt auditum et inceptum misse introitum observari, dicentes divinum nutum seu voluntatem esse preponendum. Et sic celebraverunt unius confessoris missam pro tunc ex devotionis causa. Quibus finitis, hora nona corpus sepulture devotissime traditur. Rex et omnis populus promi-

(1) (*Angelicis - Dei*) om. *2-5*. — (2) *Renetia 4, 5*. — (3) *Almitorium 1*. — (4) Illud cap. 14 om. et subsequens cap. valde contrahit *2*. — (5) Om. *1*. — (6) *Existens 1*. — (7) *Disponeretur 1*. — (8) Om. *1*. — (9) *Cruciatis 1*.

serunt, imo decreto sanserunt per sedem apostolicam ipsum fore approbandum seu canonizzandum labore et expensis ipsius (1) regni. Immediate ad sepulcrum sancti viri propter divulgatam sanctitatis famam de longevis partibus properant infirmi, claudi, ceci, leprosi, paralitici, causa recuperande sanitatis. Qui tribus diebus orationibus ac ieiuniis devote unanimiter vacantes, ecce in medio noctis silentio vident quamdam lucem corruscantem et eos obumbrantem, in cuius medio visus est vir Dei Albertus veste candida circumdatus, sanitatem conferens omnibus ipsum videntibus, alta voce Deum glorificantibus, qui talem dedit potestatem et gratiam servo suo, qui sic virtutibus et miraculis corruscantibus usque in hodiernum diem fultus. Dormivit autem in Domino, anno nativitatis Ihesu Christi M° CC° LXXX° II° (2) die vero VIIª augusti, in diversis provinciis suis miraculis cognitus.

Quedam miracula post mortem obstensa (3).

16. Nam quadam dominica die in medio noctis silentio, dum esset in orationis fervore ante altare sanctissimi corporis Ihesu Christi lampasque lucem corruscantem emicteret, diabo*lus sine mora conatus (* f. 19v.) est Dei virum a divinali proposito revocare ac deviare, eo quod psalterium legeret et psalmum infrascriptum : *Eripe me de inimicis meis, Deus meus* etc. Ecce Sathan ante conspectum Domini lampadem refulgentem prefixit extinguere, deorsum eam magno impetu prohiciens, ut sic concussa mente vir Dei opus orationis et poenitentie cito relaxaret. Sed Deus servum non relinquens, ipsum et lampadem cadentem ab omni lesione et luminis extinsione penitus reservavit (4).

17. Tempore illustrissimi Iacobi Cathalonie regis et Sicilie prelibati regis successoris, in principio, circa annos Domini MCC..... regnante pro eo duce Federico in Sicilia, qui postea Panormi anno Domini MCC..... fuit coronatus (5), tunc temporis rex Neapolitanus civitatem Messanam invasit inextimabili obsessione, volens eam et totum regnum insule Sicilie dominio suo subiugare. Ecce fame (6) valida civitas cruciatur, nec humano consilio remediari potest. Quapropter edictum promulgatur regium, quatenus tota civitas combustioni tradatur, potius quam in manibus inimicorum acrius relinquatur. *Nos autem,*

(1) *Illius 1.* — (2) Om. *1, 4;* MCCXCII *2; MCCCVII 3; MCCCVI 5.* — (3) Haec rubrica codicis Vat. manifeste falsa est, quoniam primo enarrantur quaedam ab Alberto adhuc vivente patrata miracula. — (4) Hoc miraculum om. *5*, referunt *2, 3* (n. 7, circa finem) et *4*. Sed hic addit : *Et hoc fuit tempore illustrissimi Iacobi Regis Cathaloniae et successoris Regis praelibati.* Quibus verbis in Vat. ms. incipit subsequens miraculum. — (5) (*Tempore - coronatus*) om *1, 3, 4, 5;* in *2* ita anni exprimuntur : MCCLXXX, MCCLXXXVI. — (6) *fama* Vat.; *fame* corr. *1* (p. 474-5).

inquit rex, *fugam capiemus versus Cathanie castrum.* Tunc cives et nobiles civitatis de destructione tam nobilis civitatis dolentes amare flebant, ac regium edictum actendentes esse irrevocabile, dixerunt : *Melius est sperare in Domino quam in huius mundi* (1) *principibus. Deus enim non relinquit perficere* (2) *sperantes in se. Eamus ergo et inquiramus servum Dei Albertum, qui Deum et matrem eius suppliciter exoret pro populo isto et civitate hac sua.* Ad vocem istam omnes * f. 20. irruunt ad virum Dei, die dominica, dum missarum solempnia ce*lebrantur. Ab eodemque auxilium humiliter lacrimis postulantes dicebant : *Sub tuum presidium, serve Dei, fame perientes confugimus. Ora ergo Deum et Beatam Virginem, ut tuis sanctis precibus nos in tantis periculis destitutos protegat ab inimicis nostris et famelicos visitet, non obstantibus iniquitatibus nostris.* Vir Dei Albertus cum hos pios sermones et sacrificium offerret, lacrimatus est. Genibus itaque flexis Deum sic (3) precatus est : *Domine Deus universorum, qui non ascondis faciem tuam ab his qui in te* (4) *toto et sincero corde confidunt, respice de excelso celorum super populum tuum sic clamantem, et effunde misericordiam tuam super eum. Pasce famescentem, qui in deserto exurientem satiasti. Extende brachium destrum et defende civitatem istam, ut de te non diffidat, sed confidat, quae sine auxilio et brachio tuo salva consistere non potest; et amplius non sit sperandum in multitudine bellatorum, sed solum in nomine sancto tuo. Succurre miseris, iuva pusillanimes, ut Sathan non congaudeat de tantarum perditione animarum.* Qua oratione finita, ecce tonitruum, de quo cunctis audientibus vox quasi tuba in abscondito intonuit dicens : *Exaudivit Dominus orationes tuas.* Tunc admirantibus cunctis facta est letitia magna in populo, gratias Deo magnas referendo, qui meritis huius patris Alberti clamorem exaudivit populi sui. Interea in portu apparuerunt galee * plures (5) victualibus honuste, quarum advenctum unusquisque ignoravit, eo quod portus ille circumvallatus esset inimicorum exercitu, neque earum patroni noti fuere; sed cum gaudio magno omnibus sublatis alimentis abierunt in nocte, Domino gubernante. Quod rex videns cum comitibus suis ac populo, tam ingenti miraculo * f. 20v. stupefacti, properarunt * ad virum Dei devotissime plangentes et dicentes : *Tibi, domine sancte pater, gratias referimus, quia pro nobis peccatoribus ad Deum intercedere dignatus* (6); *et ideo firmiter credimus quod tuis sanctis meritis hodie liberati sumus.* Eiusque patris obsculata manu, cum gaudio abierunt, virum Dei sanctum de cetero incunctanter credentes. Et sic minime civitas debellari potuit, hostibus stupefactis inde abeuntibus, urbe ut prius tuta relicta.

(1) *Modi 1.* — (2) *Perfecte* corr. *1.* — (3) (*D. s.*) *s. D. 1.* — (4) Om. *1.* — (5) *Quatuor 3* (n. 9); *tres 2, 4, 5.* — (6) *Es* add. *1.*

18. Eodem tempore monachus quidam Sancti Salvatoris, monasterii Messane civitatis, fortiter apostematis tumore gravatus in gucture, ita quod derelictus esset a medicorum curamine ut mortuus. Hic audiens servum Dei esse apud Messanam ad illum monachos [misit], ut sua gratia ipsum sic in periculo constitutum visitare dignaretur. Qui humiliter accedens, ait illi : *Amice et mi frater, quid ad me misisti? Numquid et ego infirmus et peccator sum? Tamen in Domino sperare licet, cuius imperio sanitas atque infirmitas obediunt.* Et cum ipsum signo crucis signasset, accepit eiusdem barbam (1) et ait : *Frater mi, confide in Domino Ihesu et eius matri Virgini Marie.* Et ille ait : *Utique confido et sanctitati tue me recommendo incurabili infirmitate detentum.* Cum vero hoc depromeret, continuo apostema horribile per os emisit, sicque pristine sanitati est restitutus.

19. Circa annos Domini MCCLXX (2) accidit Trapani iuvenem quandam diebus sex in partu laborasse, cum creatura in matrice versa fuisset; sicque medici eam sanserunt ut mortuam. Virum autem Dei contigit illis diebus illuc advenisse. Quod cum cognovisset puelle mater, nimio dolore afflicta, non desperavit, sed in meritis viri Dei confidit. Abiit ergo ad illum consanguineis sotiata et cum ad * pedes * f. 21. eius lapsa esset, lacrimis irrigata clamavit : *Domine, heu filia mea partu moritur, et non est qui medicinam tribuat salutis. Veni ergo ad eam, antequam moriatur; diu enim te videre cupivit.* Ad quam vir Dei : *Ubi manes?* Et assumpto puero, illius domum intravit et ait : *Pax tibi.* Illa vero nihil respondit, quia iam sensum amiserat (3). Servus autem Dei affixit digitum ori suo et vocavit eam nomine proprio dicens : *Margarita, quid doloribus affligeris, et mihi non loqueris? Emicte verbum et matrem tuam consolare.* Et cum hoc dixisset, imposuit manus perunctas oleo sancto super eius ventrem; sicque oravit : *Sanet te dominus Ihesus Christus meritis sue sanctissime matris, ut sicut illa in virginitate concepit et sine dolore peperit, sic sine mortis periculo emictas Domino prolem eidem dedicandam.* Illa vero ad viri Dei verbum concita (4) recreatur et accepta viri Dei manu, exclamavit : *Adiuva me.* Et cum hec dixisset, sine dolore puellam peperit valde spetiosam, quam postmodum Domino consecravit, et in Dei servitio finaliter Spiritus sancti gratia permansit (5).

20. Anno Domini MCCLXXV (6), cum vir Dei esset in loco dicto, quidam erat Iudeus, qui morbo epilentiali sepius detinebatur. Hic ad servum Dei a parentibus ducitur, liberationem eius humiliter peten-

(1) *Dexteram 4, 5; tetigit ipsius latera 2; eum paululum mento sustulit 3.* — (2) Ita quoque *3; MCCLXXXI, 4;* om. *5.* — (3) *Admiserat* Vat. — (4) *Concitus* Vat. — (5) (*Et in-permansit*) om. *1-5.* — (6) Ita quoque *3; MCCLXXXI 4; millesimo ducentesimo nonagesimo quinto 5;* om. *2.*

tibus. Et vir Dei ad eos : *Si creditis in dominum Ihesum Christum eiusque matrem Mariam virginem in partu et post partum;* et ceteros exponendo fidei articulos. Dicunt illi : *Credemus, si in nomine eius filio nostro sanitatem prestaveris. Quod et facies, si verum predicas.* Tunc facto crucis signo ait epilentiato : *Exulet a te omnis morbus, si vera* * f. 21v. *sunt que predico de Ihesu Nazareno.* Et statim liberatus est*, nec unquam amplius illa infirmitate extitit fatigatus. Et sic baptismati illico iuvenis virum Dei est secutus, et post multa tempora in Domino vitam finivit (1).

21. Anno eodem contigit virum Dei properare versus civitatem Agrigenti sic dictam. Cumque flumini adpropinquasset quod Platani vulgariter nuncupatur, invenit ibidem Iudeos quosdam flumen transire. Et ecce inundationes aquarum facte sunt, ita quod periclitarentur Iudei et aquis agitarentur. Illi vero cum famam viri Dei alias audivissent, clamaverunt : *Adiuva nos, domine, in virtute Christi tui.* Qui respondit : *Si baptizari velletis et in nomine eius christiani tota mente effici, vere salvi eritis.* At illi : *Sic credimus sicut per te predicatur de Christo Ihesu Nazareno, et baptisma petimus.* Vir autem Dei flumen intravit (2), et aquis illis in nomine Ihesu baptizavit. Cum autem sic ageretur in medio fluminis, aquae cederunt sancto viro Dei, et divisis illis vir Dei eduxit illos cum gaudio sine aliqua lesione. Illi vero civitatis episcopo omnia seriatim narraverunt.

22. Non post multos dies prae nimia visitatione populi vir Dei versus Leontinum perrexit, ubi Domino cohoperante multa miranda pandit; inter quae unum singulare narratur. Nam filius cuiusdam nobilis de Lamia sic dicti, nomine Adinolfus, in extremis laborabat. Et unito medicorum consilio quod funera ordinarentur, viscera materna contremiscunt, nec quidquam preparari sinebat, sed provide comitata ad convenctum fratrum devote properat, affectumque devotionis, quam gerebat in pectore erga virum Dei, forinsecus ad illum * f. 22. lamentabiliter clamat : *Eya, amice Dei, Alberte, adiuva me. Hinc* non recedam, donec tuis meritis filius meus Adynolfus convalescat; illum namque tuo servitio destinavi.* Et cum esset ad fores clamans, fratres ad illam cito properant et aiunt illi : *Quid, mater doloris, praestolaris? Non est hic,* inquiunt, *vir Dei, sed tantum vestimentum eius apud nos remansit.* Quod illa instanter postulavit, credens firmiter virtute Dei in illo operari filio suo salutem. Tandem piis precibus astricti sub eadem fide imposuerunt illud super infirmum, cunctis orantibus. Et ecce adfuit servus Dei in visu, qui dicit illi : *Magna fides, o mulier, que Deum inclinat ad misericordiam. Surge ergo in nomine domini*

(1) (*Virum - finivit*) om. *2, 3.* — (2) Albertum super aquas ambulasse affirmant *2, 4, 5.*

nostri Ihesu Christi. Tunc ait Adynolfus, sopno soporatus : *Porrige mihi manum,* credens illum affari, videre et corporaliter tenere. Vir autem Dei videbatur desteram porrigere. Quam cum ille accepisset, a sopno seu visione excitatus, protinus surrexit et omnibus visionem enarravit. Qui consurgens commedit et bibit, et confortatus convaluit. Post hec mater filio votum indagavit. Quod cum cognovisset ille, religionem ingreditur. Sed post multos dies, spreto cultu divino, eo quod parentela nobilis esset, religionem sacram reliquit et artem arripuit militarem. Tandem transacto temporis spatio modico, ultione divina vitam gladio finivit, in exemplo appostatarum nostre et aliarum religionum (1).

23. Temporibus illis cum quadam die usque terram Licatam sic nominatam peregisset vir Dei, a suis fratribus intellexit quamdam nobilem dominam filiam habere a demonio vexatam. Quo audito, vir Dei interrogative ait : *O Sathan, in potestate cuius hec facis ?* Hec dicens suspirium maximum emisit. Quo percepto a * fratribus, qui- * f. 22v.
dam eorum continue nobili domine hoc denunctiatur (2), illam monens ut ad virum Dei humiliter veniret, spe recuperande sue filie sanitatis. Illa vero ardentissimo caritatis fervore accensa ad virum Dei accessit, sic inquiens : *In Deo et in tuis sanctis meritis spero desolata consolari. Nam filia mea unica diabolica lacessitudine et infirmitate turpiter astringitur. Maledictus ille hostis in ventre tam nobilis puelle diutius moram traxit. Digneris ergo illam visitare, mihi quoque solatium praestare.* Vir Dei maternis precibus convictus ad puellam ingreditur, sic eam salutando : *Pax tecum, signo sancte crucis insignita, filia Ihesu Christi.* Et cum per manum illa apprehendisset, in sinistram maxillam Dei viri porrexit alapam. Vir Dei ait, illa non relicta : *Prebe mihi et aliam, pater superborum.* Diabolus vero humilitate viri Dei confusus ac meritis devictus, sic affatur : *Heu quam patior tuis meritis et tuo advenctu; profugus exibo.* Cui vir Dei : *Ille qui te creavit et peccato tuo de paradiso expulit, de corpore innocentis puelle te expellat.* Quo audito, puella tremebunda facta est, et vir Dei tunc ait : *Egredere, Sathan, de corpore puelle Christi nomine dedicate.* Factoque signo sancte crucis super eam, aquam benedictam asperxit. Et sic in Christi nomine et meritis viri Dei diabolus effugit cum maximo tonitruo. Puella vero cum hoc cognovisset, gratias egit Deo et sancto viro (3).

24. Tempore illo quadam die cum vir Dei esset Panormii civitate Trapani, permisit Deus quandam puellam cum fratre suo ludere; que

(1) Om. hoc miraculum *5;* apostatam manu fratris sui periisse asserunt *2, 3, 4;* additque *2,* f. ccccxxxv[a], miraculum aliud, quod ceteri omnes om. — (2) Sic Vat. — (3) Idem referunt *3, 4, 5;* contrahit admodum *2.*

inadvertenter gladio oculum fatri mirabiliter eruit. Et ecce factus est *f. 23. planctus amarus. Mater cum filia ad servum Dei fletu * magno afflicti deveniunt. Et cum casum promerent, ait ad illas vir Dei: *Quid ploratis? Deus membra corpori adunavit, istaque solus restituit.* Et mater clamoribus astabat: *Eya ergo, adiuva me tuis sanctis meritis.* Cui respondit: *Ego peccator sum, sicut et ceteri.* Et cum illa instanter postularet, vir Dei ad ortulum quemdam intra conventum clam latuit ab illa ibidemque peroravit, dicens: *Domine Deus, qui nos ad te creasti et ad gloriam disposuisti eterne vite et, cum nefando scelere bene merito morti fuerimus deputati, tui filii tantum proprio cruore redempti ad te tua misericordia adunasti, per veram fidem filii tui corpus et animam tu formasti, artubus adornasti; sed diabolus, suis demeritis oculi sensu deformavit. Placeat igitur illud reformare, quatenus suis membris queat roborari, ut tua potestas collaudetur, diaboli vero malitia confundatur.* Et cum hanc suppliciter trina voce perorasset, ab oratione surgit et ad mulierem reversus dicit: *O mulier christicola, confide in Christo Ihesu et vade ad domum tuam. Die autem crastina venies ad me letabunda.* Quae benedictione accepta sancti viri, maxima cum fiducia domum propriam rediit. Puer autem, cum a sopno excitatus esset, matri dixit: *Vere homo quidam extinctum oculum perunxit.* Quae mater ait: *Cuius modi habitus erat ille?* Qui respondit: *Cum esset senex, indutus erat nigris, desuper vero albis vestibus tegebatur.* Et sic cognovit mulier, quod homo Dei fuerat in spiritu. Sanato itaque pueri oculo, apparuit luculenter visio celebris. Qui habitum nostre religionis Virgini Marie dedicatum assummens, in Domino vitam finivit profexus (1).

*f. 23v. **25.** Multa alia miracula fecit in vita sua, quae enarrare * nimis esset prolixum. Sed istud breve, quod sequitur, menti tradatur in testimonium sue maxime sanctitatis. Relatum fuit a suis coevis fratribus, quod preter officium, quod quilibet sacerdos dicere tenetur, dictus pater omni nocte totum psalterium legebat ante crucifixi ymaginem nudis ac flexis genibus cum tanta devotione, quod a terra per spatium trium cubitorum levabatur. Et postea, oratione finita, ad terram suaviter dimictebatur (2).

26. Eodem anno sue transmigrationis cum bellum esset inter dominos regni Sicilie, corpus in sepulcro reverenter iaceret, sed nobiles et stipendiarii ecclesiam ingrediuntur et ipsam stabulum efficere volunt. Sed Deus tantam ignominiam sue domus ac servo suo

(1) Loco huius miraculi duo alia narrat *5* (capp. 14, 15), quorum posterius refert quoque *4* (n. 2197); (*qui-professus*) om. *3, 4;* sed ex hoc facto repetunt originem virtutis attributae oleo vel aquae, in quibus demerguntur reliquiae S. Alberti. — (2) Solum refert *1;* insuper *2* om. nn. 26 et 27.

pati non potest, quia equos cunctos morte feriit subitanea. Viros vero infirmitate varia plagat, ita ut pauci liberati essent. Malitia vero quorumdam igne iracundie accensa inflammavit nonnullos, ita ut violenter contra Dei vellent facere nutum. Et cum equorum multitudine ingressum super sepulcrum sancti viri facerent, lapis sepulcri frangitur, ubi latitabat corpus gloriosum. Et cum discopertum fuisset, inventum est stare genibus flexis, quasi vindictam a Deo postulans. Et sic contigit omnes illos pestilentia mori. *Quid ergo,* inquiunt reliqui timore magno perterriti, *faciemus nos, ut non moriamur?* Denunctiaverunt fratribus et archiepiscopo illius civitatis Messane, et ordinato die eius translationis, detulerunt ad conventum novum infra civitatem; in cuius offitio fuerunt propter edictum regium undecim episcopi et tres archiepiscopi cum maximo nobilium comitatu (1).

27. Illis diebus in domo quadam convenctus, scilicet logia dicta ad usum Ianuensium, quae * convenctui illi est contigua usque ad hodiernum diem, accensus est maximus ignis, in quem ceciderat quidam puer de domo, naturalis civitatis Ianue. Quem cum pater vidisset, voce magna clamavit dicens: *O sancte Alberte, Dei amice, tibi commendo puerum meum Antonellum, quem tuis meritis puto liberari et tuo servitio liberatum deputo.* Voto finito, puer quasi dormiens de maximo igne illesus prosiliit. Ob cuius devotionem pater pueri altare nomine sancti Alberti in conventu fabricavit, et filium ordini dedicavit, ac de eius reliquiis in Ianuam cum maxima devotione transportavit (2). * f. 24.

28. Anno Domini M°.CCC°. (3) predicante priore conventus Leontini, denunctiavit beatum Albertum esse sanctum. Et cum hoc dixisset, quidam sacerdos invidia ductus ait: *Mentiris, neque verum predicas, eo quod non est sanctus.* Divino iudicio statim intestina eiusdem sacerdotis cum dolore magno usque ad genua elapsa sunt, coram cunctis existentibus. Accersitque medicus et ait: *Non meo curamine, sed viri Dei sancti Alberti iuvamine crede liberari* (4). Et ille coram multis voce ingenti ait: *O sancte Alberte, fallacitate affatus mentitus sum, cum sanctitati tue derogaverim. Cum ergo blasphemaverim, merito hec patior. Sana me medicamento salutis, ut experimento sanctitatem tuam valeam predicare. Vigilias tui sanctissimi transitus observabo ieiunio, et ipsius diem perpetuo sanctificabo.* Sequenti die cum auroram daret, sensit quod vir Dei Albertus corpus eius punsisset; qui (5) continuo de lecto surrexit, ac si nullam passus fuisset infirmitatem. Ad conventum properavit et coram omnibus gratiam et sanitatem ostendens, et quod promisit, indubitanter observavit.

(1) Haec modo sat diverso enarrant *3, 4, 5;* codex autem Vatic. tacet distributas esse reliquias inter civitates Messanam et Drepanum. — (2) Iterum a cod. Vat. discrepant *3, 4, 5;* (*ob cuius - transportavit*) om. — (3) *MCCCVIII 3;* om. *2, 4, 5.* — (4) *Liberam 1* (p. 475, n. 4). — (5) *Quo 1.*

* f. 24v. **29.** * Anno Domini M°CCC°IIII° (1) in civitate Agrigentina quaedam nobilis domina in mamilla incurabilem patitur infirmitatem annis tribus. Et cum se convertisset ad Dei virum Albertum, devote promictens imaginem argenti fieri (2) et tres pauperes fratres induere ad honorem Virginis Marie et sui nominis; inde ad paucos dies omnia adimplet et perpetuo, quamdiu viveret, promictit annuatim. Nocte sequenti sopniavit quod medicus quidam sibi diceret (3): *De oleo lampadis sancti Alberti mamillam perunge, si sanitatem cupis.* Que cum surrexisset, devote capellam sancti Alberti intrat, suppliciter ipsum exorando ut gratiam petenti prestet. Et assumens oleum lampadis, mamillam peruncxit, missamque in honorem suum audivit. Et cum domum reverteretur, mamillam consortibus cum gaudio pandit omni defectu obnoxiam. Deinceps honestissima votum semper implevit.

30. Eodem anno VII^{a} idus augusti fratres conventus Placie commemorationem et venerationem sancti Alberti agentes (4) causa devotionis et populi confluentis, diabolus invidiam gignit in corde quorumdam clericorum, qui ordinaverunt eiusdem ymaginem nocte sequenti annullare. Et cum hoc ordinarent, quidam nomine Buoniornus paralisim patiens fere annis XII^{cim} in lecto existens de nocte audit tumultum, mictit uxorem quidnam sit investigandum. Et cum illa iam invenisset ymaginem beati Alberti continuo abolendam, dolenter marito denunctiavit. Quod ille audiens pio affectu sic exclamavit: *Utinam sanus essem, protinus utique illam* (5) *defenderem. Libera ergo me, beate Alberte, et promissum adimplebo, et omnem meam substantiam pro cultu tuo ampliando exponendam superaddam.* Et cum hec dixisset, audivit cohortem pertransire et ait cum devotionis * fervore: *Eya* * f. 25. *liberet me Deus tuis infallibilibus meritis.* Qui statim sopno rapitur et sanctum Dei Albertum proprio habitu velut in figura in pariete fixa intuitur (6), habentemque virgulam radiis adornatam, corpus languidum tangentem. Qui dixit: *Sanitatem prestet tibi Deus in servis suis. Surge.* Et stupore concussus a sopore illico excitatur, et viribus propriis surgit, arma corde virili summit, ad conventum properat, cohorti obviat, illosque sic affatur: *Opera dyaboli nolite facere, sed opera Dei explete. Rogo, in sanctum Dei deformitatem nolite facere.* Illi vero stupefacti interrogaverunt quisnam esset. Qui respondit: *Ego sum,* inquit, *Boniornus.* Et illi: *Quomodo sanus factus es a tua incurabili infirmitate?* Qui cum omnia per ordinem pandisset, illi timuerunt timore magno et reversi (7), glorificantes Deum in sancto suo. Et ex

(1) Om. *1* (p. 481, n. 2), *2, 4, 5*; *MCCCIX 3.* — (2) *Facere 1.* — (3) Ipsum Albertum ceu medicum in visione apparuisse asserunt *4, 5.* — (4) *Erant* add. *1.* — (5) (*U. i.*) *i. u.* 1. — (6) sic in Vat.; (*f. i.*) *depicta intuetur 1.* — (7) *Sunt* add. *1.*

hoc primo fabricata fuit ibidem (1) cappella in honorem beati Alberti (2).

31. Anno Domini M°CCC°XVIIII° (3) in terra Trapani, quidam ludens bona sua, dyabolo cohoperante, omnia perdidit et in fide desperavit. Venit ergo ad Virginem, ubi aderat et ymago beati Alberti. Quam cum intuitus esset, dixit: *Totiens te invocavi et non exaudisti me; te quoque, qui sanctus Dei predicaris, et non potuisti me adiuvare. Ideo nec te sanctum amplius credo. Et tu, quae mater gratie diceris, clausisti* (4) *pietatis aures precibus meis.* Et accepto gladio, scidit ambas ymagines et subito ex utraque gucte sanguinis cadunt in terram. Sed adhuc puero ibidem acclamante, ille prosiliit foras. Et ecce thonitruum cum fulgore simul descendens illum combuxit, nec amplius visum est quidquam (5) de eo immediate (6), nisi cineres apud fores ecclesie. Propter quod ille ymagines habentur in * maximum honorem usque in hodiernum diem (7). * f. 25v.

32. Eodem (8) anno cum quedam navis a Saracenis raperetur, homines christiani dire captivantur apud Tunitium. Et cum fuissent in diro carcere et compedibus astricti longo tempore, invocaverunt beatum Albertum singuli, dicentes: *O beate Alberte, sicut nos te credimus Virginis Marie servum, sic apud nos te advocatum eius meritis sentiamus. Veni, libera nos.* Hanc orationem XV^cim diebus consacrarunt (9) ieiunio et spiritus afflictione. Dum vero amplius (10) ieiunii observantiam custodire non sufficerent, decreverunt illud ulterius non observare. Adveniente itaque aurora, beatus Albertus eis apparuit quasi facula (11) ardens carcerem perlustrando, et ait illis: *Quid me vocastis? quidnam vobis deficit?* Illi autem figuram non discernentes, sed dumtaxat vocem audientes, clamaverunt: *Te invocamus, te adoramus. Veni et libera nos, et educas nos de isto carcere intollerabili, ne desperati morientes ad eeterna supplicia cum dyabolo dampnati descendamus.* Tunc respondit illis beatus Albertus: *O fragiles et in fide debiles, hanc in Domino habetis fiduciam? Probat enim Dominus opera hominum. Ecce enim misit me ad vos; sequamini me.* Ad hanc vocem, fracto carcere, resolutis compedibus, secuti sunt claritatem usque ad marictimam portam, quae clausa utique non erat. Et amplius claritatem non viderunt. Ipsi vero, quadam navicula accepta, universis fulcita necessariis, flanteque prospero vento, salubriter in brevissimo temporis spatio, ymo incredibili, Trapanum devenerunt; conventum et

(1) Om. *1*. — (2) *In qua plurima fiunt miracula* add. *4*. — (3) Om. *2*, *3* et *5*; *MCCCLXX 4*. — (4) *clausi* Vat.; *clausisti 1* (p. 519, n. 3). — (5) *Quicquid 1*. — (6) Om. *1*. — (7) Reliqua miracula brevitatis studio om. *5*. — (8) Refertur ad annum MCCCLXIV apud *3* (nn. 32 et 33, cf. n. 31); ad annum MCCCLXX apud *4* (nn. 2213, cf. n. 2212); *2* om. ea quae sequuntur usque ad finem. — (9) *Consecrarunt 1*. — (10) Om. *1*. — (11) *Falcula* Vat.

sanctum Dei Albertum devoti visitant, nudi et discalciati, ingentibus lacrimis et gaudio navem offerentes et reliqua quae eis superaverant fratribus dicti conventus.

* f. 26. **33.** * In plaga (1) romana illis temporibus erat insuper navis Trapanensis in medio maris habens nautas luxores et Deum atque sanctos blasphemantes. Et cum sic perverse agerent, factus est ventus contrarius illis, navis fluctibus agitatur, velum frangitur, ancore deficiunt, naufragiumque evitare nequeunt. Aer tenebrescit, pluvia crescit et, vento ascendente, quasi submerguntur. Religiosi duo Carmellitarum ordinis adsistentes advocare non desistunt beatum Albertum, omnesque ad hoc promovent. Cumque eum clamarent cuncti, supplicantium vota promentes, ad locum naufragii deveniunt, unusquisque confitetur morti dispositus, fratribus predicantibus eisdem. Ecce navis quasi maligno spiritu submictitur. Tunc vir Dei Albertus sepius advocatus adfuit, eis apparens in propria effigie in medio duorum luminum et quasi vultu angeli corruscantis; sicque ad eos alloquitur : *Blasphemiis diabolus mortificat, Deus autem meritis vivificat.* Tunc genuflectentes et gementes aiunt : *Tu ergo divina gratia libera nos.* Qui respondit : *Confitemini et Deum glorificate.* Et cum hoc dixisset, visus est celum ascendere, factaque est magna tranquillitas in mari, demonique fuga datur. Omnibus videntibus mugito laborans ventus prosper conflat et ad portum Pisanum eos gaudiose perducit, ubi miraculosam predicant liberationem.

34. Anno Domini M°CCC°LXIIII° dominus rex Federicus, regis Petri filius regni Sicilie, infirmitate mortali gravatur, ita quod a medicis mortuus est deputatus. Consanguinei ipsum voverunt ordini, videlicet quod habitum ferret tribus annis, si Deus eum liberaret meritis huius beati Alberti. Super eum imponunt dicti sancti reli-
* f. 26v. quias, aquam tactam dictis reliquiis tradiderunt * ei potandam. Quam cum potasset, cognoverunt medicinalem fuisse sue salutis. Et sic secunda die liberatus de lecto prosiliit, votum confirmat et habitum protulit aliquibus diebus, secundum ordinem dispensatum (2), eo quod magnus et coronandus esset in regem, ante tempus dimisit, licet semper sanctum Dei in maximam habuerit devotionem (3).

35. Anno Domini M°CCC°LXXV° in civitate Panormii, iuvenis quidam ydropicus cum omni paupertate urgeretur, mater medicum habere nequit, et sic infirmitate nimia gravabatur. Cogitat mater apud se ad medicum salutis recurrere, scilicet ad sanctum Albertum. Et sic stans ante pedes ymaginis ipsius, pie sic eum alloquitur : *O beate Alberte, scio quia amicus Dei es, et tuis meritis interce-*

(1) *Platea 3.* — (2) *Dispensatus 1.* — (3) (*eo quod - devotionem*) om. *1.*

dentibus multa super terram operatus es miranda (1), *hiis qui invocaverunt nomen sanctum tuum. Audi ergo clamorem huius paupercule matris et actende infirmitatem languentis.* Et assumpto lampadis oleo, pueri ventrem peruncxit. Cumque modicum sopni sumpsisset, evigilans inventus est omnem putredinem emictere ydropicalem per umbilicum oleo perunctum. Hoc vicinis panditur, infirmitas meritis beati Alberti compellitur, sanitas introducitur et sic miraculum proditur. Ad quod prelati domini in sancto suo iubilant, et populi collaudant, turbe congratulantes sanctum devote visitant (2).

36. Anno eodem Sacce dominus Nicholaus, filius comitis Ghuiglielmi de Peralta. cum esset de stirpe regali, mortaliter febricitat; ad quem medici confluunt catervatim, remedium sanitatis causativum non reperiunt. Sed parentibus condolentibus censendo loquuntur (3). Puer paracismo feritur et ad mortem labitur. Ad quod viscera materna commoventur. Luget mater, plorat pater super dilecto filio. Qui cum prae tristitia * dormitarent, vidit quidam quasi in spiritu Dei devotus * f. 27. frater ipsum puerum in ulnis cuiusdam sancti (4) ac devoti religionis (5) iocundari, infra ecclesiam fratrum sancte Dei genitricis Marie. Et ex sompno exurgens intellexit visionis expositionem; matri incliti ducis visionem pandit. Et illa et pater fratri inquiunt: *Quod Deus vult pro hoc innotescitur* (6)? Et frater ad eos ait: *Forsan filium vestrum humano auxilio non posse liberari, sed dumtaxat meritis servi Dei Alberti, qui in illa ecclesia prae ceteris* (7) *experitur miraculis corruscare.* Illa tunc mater mente sincera promictit vigiliam cum festo solepnizare, vestesque deauratas illi presentare, ymaginem argenti fabricari, pauperes in sui honorem induere, ipsum devote visitare, ac puerum habitum (8) sancte religionis certo tempore vestire (9). Pater penitentie, scilicet frater nostre religionis, reliquias sancti huius transferri fecit, aquam (10) eisdem intingit, atque orationem beati Alberti, scilicet: *Quesumus, Domine Deus noster, infirmitati huic salubre conferre* (11) *digneris auxilium, ut qui beati Alberti confessoris tui memoriam veneramur* (12) *in terra, ipsius meritis a cunctis gaudeant adversitatibus liberari per Christum dominum nostrum,* cum trino (13) Pater noster et Ave Maria; eam puero iussit bibendam. Summit aquam puer, et refrigerium illico sentit. Sequenti die similiter agitur, et puer incolumis exurgit. Et sic tandem magnifici eius parentes vota expleverunt.

(1) *Miracula 1.* — (2) (*Hoc vicinis - visitant*) om. *1* (p. 689, n. 10). — (3) (*C. l.*) om *1.* — (4) (*c. s.*) *s. c. 1.* — (5) *Religiosi 1.* — (6) *Innotescetur 1.* — (7) (*prae cet.*) om. *1.* — (8) *Habitu 1.* — (9) *Vestiri 1.* — (10) *Aqua 1.* — (11) Om. *1.* — (12) *Venerantur 1.* — (13) *trinis 1.*

37. Anno Domini M°.CCC°.LXXXV°, in civitate Cathaniensi puer quidam nomine Nicholaus passus est in testiculis infirmitatem intestinorum valde extraneam. Hic quadam die dum memoria beati Alberti ageretur, venit ad priorem causa festi. Quem cum intuitus prior
* f. 27v. fuisset, dixit puero : *Fili, quid pateris?* Qui respondens * ait : *Ecce, ostendes fratribus tuam infirmitatem*. De qua sunt omnes fratres admirati, plurimum ei compatientes. Tunc prior accepto illo duxit ad capellam beati Alberti dicens illi : *Genuflecte et dic : " Beate Alberte sana me, et ego perpetuo tibi serviam "*. Quo ter dicto, tribuit eidem aquam reliquiis intinctam ad bibendum. Premissis ter Pater noster et Ave Maria cum oratione beati Alberti supradicta, coram omnibus quam pluribus secularibus ibi existentibus puer incolumis surrexit, et immediate solepniter effectus est frater huius ordinis et valde religiosus usque ad mortem (1).

38. Anno eodem in terra Colatanixecta (2) quaedam nobilis domina vermes patitur fetentes longo tempore in mamilla. Hec audiens beatum Albertum predicari in die solepnitatis memorie eius et tam excellenter laudari, votum vovit Deo et beato Alberto ymaginem argenti eidem presentare, altare eius pannis aureis adornare, festum eius colere, si Deus meritis beati Alberti sanitatem mamille conferat. Que lota aquis reliquiarum, subito vermes ceciderunt. Et sic sanitate pristina est restituta, de cetero beato Alberto plurimum devota existens, dum vixit.

(1) (*usque ad m.*) om. *3, 4*. — (2) Om. *4* (n. 2217, parte poster.)

LA LÉGENDE

DE

S. ANASTASE DE TERNI

Notre intention n'est pas d'examiner à nouveau la question très embrouillée des saints Anastase honorés en Ombrie (1) *ou de chercher à établir, avec quelque certitude, l'identité du saint Anastase " évêque et patron de Terni ". Nous voulons simplement fournir, à propos du document publié à son sujet par notre prédécesseur J.-B. du Sollier* (2), *les renseignements indispensables que, par un oubli étrange, il a presque entièrement négligé de donner.*

Ce document, intitulé dans le manuscrit employé par Sollier : Legenda S. Anastasii, *avait déjà été décrit par le bollandiste Janning en ces termes* (3): Habemus quaedam eius Acta cum instrumento publico de inventione corporis eiusque translatione et miraculis exinde factis. *Cette description est peu exacte; car le document en question ne comprend nullement un récit officiel de l'invention des reliques, de la translation et des miracles; c'est, en fait, une copie notariée de la* Legenda S. Anastasii, *récit d'un caractère absolument privé et dans lequel sont racontés les Actes du saint, l'invention, la translation et les miracles.*

Constat hoc instrumentum, *dit à son tour Sollier* (4), paginis 32 in folio, quarum pars tertia insumitur formulis de transcriptionis veritate fidem facientibus. Verum et his, et vitae synopsi, aeque ac subiunctis verbosis exhortationibus, praetermissis, ea solummodo hic decerpemus, quae ad laudata capita pertinent, divisa in lectiones... *Ceci est plus exact, mais bien insuffisant. Il était, en effet, essentiel d'indiquer, comme on pouvait d'ailleurs très facilement le faire, non seulement la date de l'*instrumentum *en question, mais encore celle de la légende qui s'y trouve renfermée. On aurait vu tout de suite si ce document méritait la confiance que lui accorde Janning, mais que Sollier, d'ailleurs, semble plutôt disposé à lui refuser.*

(1) Cf. *Acta SS.*, Aug. t. III, p. 457, num. 1. — (2) *Ibid.*, p. 458-60. — (3) *Ibid.*, Iul. t. I, tractatus praelim., p. 20, num. 7. — (4) *Ibid.*, Aug. t. III, p. 458, num. 8.

Heureusement, le cahier de trente-deux pages que Sollier avait entre les mains, existe encore. Nous le conservons parmi les papiers de nos prédécesseurs, et un examen rapide m'a fait voir qu'il ne serait pas tout à fait inutile d'en dire quelques mots.

En somme, nous avons ici la copie d'une copie de copie. C'est la copie officielle, faite et signée en 1652 (par le notaire Marcus Petronius de Santo Maniliano), d'une copie officielle, faite et signée en 1590 (par le notaire Petrus Antonius Catalonus), d'une copie officielle, faite et signée en 1583 (par le notaire Ioannes Maria Iacobonius), d'un original dont on nous donne la description en ces termes (1) *:*

Ex quodam libro in quarto folio redacto manuscripto antiquo de vita, dignitate et sanctitate beatorum sanctorum Anastasii, Proculi, Valentini et Cirilli et aliorum sanctorum episcoporum, martyrum et confessorum eiusdem praedictae civitatis [Interamnae] respective, infrascripta omnia demonstrante, dictum sanctum Anastasium, prout sancta mater catholica ecclesia romana tenuit, fuisse huius Interamnae civitatis sanctum episcopum et confessorem, ipsumque de illustrissima et praestantissima et vetustissima de familia et progenie domus de Castellis huius eiusdem civitatis Interamnae fuisse et esse scriptum inveni, accurate legi, ad perpetuam rei memoriam... ex dicto originali libro vetusto diligenter ad verbum copiavi, fideliterque et exemplavi, nil addendo vel minuendo quod sensum mutet vel variet intellectum, nisi solum et dumtaxat aliqua verba vetustissima ob vetustatem inlegibilia, ac omnia alia loquentia de praedictis aliis sanctis Proculo, Valentino, Cirillo et de aliis sanctis omittendo, sed solum dicti sancti Anastasii memoriam in speciali illa facientia iacere reperii et inveni descripta...

A lire ces lignes, on croirait que la légende dont il s'agit est un document vénérable, d'une haute antiquité. Mais les mots vetustissima, ob vetustatem inlegibilia *sont de la pure rhétorique, comme on le voit à l'évidence par la suite de la pièce. Quelques lignes plus loin, en effet, on transcrit les premières lignes, de ce " très ancien " original :*

Quorum omnium, incipiendo a principio, videlicet eiusdem libri primae paginae facie usque in finem, legendo, nil omittendo quod sensum mutet vel variet intellectum, sed prout dicto suo in originali iacet, quorum omnium tenor talis est :

" Sedente Sixto quarto pontifice maximo M.CCCC.LXXIIII., reve-
" rendus pater Dominus Petrus Antonius Nardus Interamnensis divi-

(1) **Nous reproduisons exactement la copie de 1652, sauf à corriger, en donnant du reste en note la leçon du manuscrit, les fautes par trop criantes. Les autres ne sont certainement pas toutes imputables au copiste, mais proviennent visiblement, en partie, d'un original mal rédigé. Quelques passages enfin, certainement altérés, résistent à tout essai de correction.**

„ narum humanarumque rerum studio et doctrina eruditissimus, „ sedis apostolicae prothonotarius, ecclesiae Interamnensis cathedra- „ lis prior, de sede apostolica optime meritus, ob singularem et perpe- „ tuam animi sui devotionem et pariter amorem et caritatem, com- „ mentarios (1) rerum gestarum beatissimi Proculi, et sancti Anastasii „ pontificis et confessoris, et beati Valentini eiusdem civitatis civis et „ episcopi, ac beati Cirilli civis Interamnensis, episcopi Hierusalem, „ iniuria temporum obliteratos et fere omni parte oblitos sua dili- „ gentia et impensa per totum fere orbem quaesitos et in unum „ volumen redactos ad devotionem civium suorum augendam „ posteritatis memoriae tradendos curavit. Quo morte immatura „ et acerba e medio vitae sublato, Petrus Franciscus nepos illius, „ obitum iuste et fortiter ultus, pro sua erga patriam pietatem et „ sanctorum episcoporum propagandam et in posteros immortali- „ tatis ac demum in civitate sua Interamnensi publicum commodum „ edidit. „

Suivait, dans l'original, composé à la demande de Pierre-Antoine Nardi, la légende de S. Proculus, évêque de Terni. La copie de 1583 n'en a conservé que quelques lignes, qui trahissent des préoccupations généalogiques quelque peu suspectes, et qui valent la peine d'être citées.

“ Tempore Iustiniani imperatoris, qui Simon huius nominis primus „ imperavit annis decem, sedente papa Hormisda natione Campano, „ qui pontifex fuit anno 516, quibus sedentibus Proculus et Iacobus „ fratres de sanguine Nardorum, orti ex Damasco Siriae oppido „ adolescentes Bononiam coluere. Anno Domini 536 tempore Totilae „ regis Gothorum, imperante Iustiniano et sedente papa Ioanne „ secundo, qui eodem tempore Proculum Interamnensem creavit „ episcopum, qui quidem inter martyres habetur ; cuius alter Procu- „ lus nepos, miles ab imperatore trucidatus, martyr etiam habitus „ est. De quibus longe lateque ecclesia facit commemorationem. „ Iacobus itaque pater posterioris Proculi cum eius familia ab impe- „ ratore Interamnensi civitate extorris constitutus fuit, qui stirpe „ Nardorum ortum habuit, quemadmodum in actis reipublicae „ Bononiensis liquide apparet.

„ Passio beatissimi Proculi Nardi episcopi et martyris Intera- „ mnensis, cuius corpus pro fide Christi Bononiae interemptum a „ Totila ibidemque in suo monasterio eius nomine dedicato honorifice „ reconditum est anno Domini 539. „ *Suivait sans doute une des Passions de S. Proculus martyr, que se disputent Terni et Bologne. Mais le copiste de 1583 s'est arrêté ici :* Reliqua quae sequuntur, *dit-il,* fuerunt omissa tamquam ad huiusmodi infrascriptum tractatum non

(1) Cod. *commentarii.*

facientia. *Le* tractatus *est la légende de S. Anastase, laquelle est transcrite tout au long.*

Elle porte le titre : Incipit legenda S. Anastasii Castelli (1) civis et episcopi Interamnensis, confessoris ac etiam dictae civitatis advocati.

Le premier chapitre débute brusquement ainsi : De istorum vero sacro et sancto collegio quidam exstitit sacerdos Anastasius confessor pontifex, cuius acta et signa atque prodigia in sequenti pagina, ut dictum et congruum est, Christo comitante, auribus fidelium in opusculo, ut ab incolis illius civitatis, ubi cathedram episcopatus iustissime erexit, nobis relatum est, manifestare non cessamus. *Ce chapitre a été omis dans l'édition de Sollier. Il ne contient du reste qu'un éloge absolument banal des vertus d'Anastase, sans un trait personnel* (2). *Suit immédiatement le récit publié par Sollier. Outre ces neuf leçons, le manuscrit en renfermait encore trois contenant les* verbosae exhortationes *dont parle Sollier ; là non plus, pas un trait marquant. Le tout se termine ainsi :* Sed quia instat (3) gloriosi nostri patris Anastasii sollemnitas, cum orationibus et vigiliis puro corde et ore eum laudare et deprecari audeamus, ut defendat et protegat in virtute Christi suam semper urbem et patriam, et sicut in corpore omnibus ad se venientibus profuit, ita nunc iam venientibus ad eius memoriam apud misericordem (4) Deum impetrare veniam non cesset, ut securi quandoque videant dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

(1) Comme on l'a vu plus haut, le copiste fait descendre S. Anastase de l'antique maison des *Castelli*. Il est intéressant de noter que sa copie (1583) est faite *ad instantiam illustrissimi et excellentissimi Domini Domini Ioannis Baptistae Castelli, D. D. Iulii Castelli Interamnatis filius* (sic) *legitimus* (sic) *et naturalis*. — (2) C'est là ce que Janning appelait *eius Acta*, et Sollier *Vitae synopsis*. — (3) Cod. *instant*. — (4) Cod. *misericordiam*.

BULLETIN
DES PUBLICATIONS HAGIOGRAPHIQUES

N. B. Les ouvrages marqués d'un astérisque ont été envoyés à la rédaction.

81. — * Erwin Preuschen. **Palladius und Rufinus.** Ein Beitrag zur Quellenkunde des ältesten Mönchtums. Giessen, Rickersche Buchhandlung, 1897, in-8°, viii-268 pp. — Nous n'avons pas besoin de rappeler que, parmi les sources de l'histoire primitive du monachisme, il n'en est point qui donnent lieu à des problèmes plus compliqués que l'*Historia Lausiaca* et l'*Historia monachorum*, si étroitement apparentées et si souvent confondues. On a essayé, à plusieurs reprises, de trancher ces difficultés, mais toujours sans succès, et les dernières tentatives devaient nécessairement amener à cette conclusion, qu'à s'en tenir aux textes imprimés, les recherches les mieux conduites étaient sans issue. C'est ce qu'a compris M. Preuschen, qui n'a pas reculé devant la tâche ingrate d'étudier dans le détail un grand nombre de manuscrits de ces œuvres si souvent transcrites et arrangées. Le succès a couronné ses efforts; car, du premier coup, il nous apporte, je ne dirai peut-être pas la pleine lumière, mais des solutions satisfaisantes, dont plusieurs définitives, sur les principaux points en discussion.

Il y a d'abord l'*Historia monachorum*, qui se trouve parmi les œuvres de Rufin. Cette attribution a été souvent contestée, et on a essayé d'en faire honneur successivement à S. Jérôme, à Evagrius d'Antioche, à Jean de Jérusalem, à Valerius d'Astorga, à un certain Posthumianus, à Petronius de Bologne. Dans sa forme latine, répond M. P., elle est incontestablement de Rufin. Mais faut-il l'appeler simple traducteur, rédacteur ou même plagiaire, comme on a cru pouvoir le faire? Et en particulier, du texte grec Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς et du texte latin *Benedictus Deus*, lequel est l'original? C'est le texte latin. Le grec en est une traduction libre et un arrangement qui date probablement du commencement du Ve siècle. Rufin écrivit son récit entre 402 et 415.

Reste à savoir si Rufin a fait œuvre d'historien, ou bien de romancier, comme S. Jérôme semble l'insinuer. Certainement, il n'a pas eu pour but de composer une histoire proprement dite du monachisme égyptien, de décrire ses origines et ses progrès, et d'en donner une statistique précise. Il a visé avant tout à édifier son public et à l'amener à la pratique de l'ascétisme par l'exemple de quelques grands ascètes. La forme littéraire qu'adopte Rufin est celle du récit de voyage. Mais il y a loin de là à en faire une œuvre de pure imagination. Avec la dose voulue

de tact et de sens critique, on pourra dégager de l'*Historia monachorum* un tableau fort vivant de la vie monastique en Égypte.

L'*Historia Lausiaca*, dont l'auteur est bien Palladius, a été l'objet de plusieurs remaniements. La narration primitive suivait l'ordre géographique, et les ascètes étaient divisés en deux groupes distincts, les hommes et les femmes. On a commencé par mêler ces deux groupes, tout en gardant l'ordre géographique. Une autre recension est particulièrement caractérisée par l'interpolation du texte grec de l'*Historia monachorum*. Enfin, il y a la recension abrégée.

Nous ne pouvons qu'indiquer rapidement quelques-uns des points principaux, traités avec autant de science que de clarté dans les prolégomènes, qui forment la seconde partie du volume. La première partie (p. 1-132) comprend le texte grec de l'*Historia monachorum*, établi avec beaucoup de soin d'après un grand nombre de manuscrits, avec le secours des anciennes traductions, des fragments de l'*Historia Lausiaca*, et quelques extraits des traductions syriaque et arménienne du livre de Rufin. On pourra s'étonner, après avoir lu les conclusions de l'auteur, du rôle effacé qu'il laisse au texte original latin. Tout compte fait, on ne doit pas le lui reprocher. Quand un explorateur s'est frayé un chemin à travers la forêt vierge, il peut laisser à d'autres le soin de défricher le terrain.

82. — Paulus Bedjan. **Acta martyrum et sanctorum**, tomus VII. Lipsiae, Harrassowitz, 1897, in-12, xi-1019 pp.— Dans son livre, M. Erwin Preuschen s'occupe à diverses reprises des manuscrits (1) et de la teneur (2) du texte syriaque de l'*Historia Lausiaca* de Palladius.

